Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0002-3

Gratioſo Spiritu Dirigente
*Ad*
# Authent. Habitâ. Cod. Ne Fil. pro Patr.
## Periculum Primum
*PRÆSIDE*
GOTTFRIDO SUEVO D. & Prof. P.
*Reſpondente*
JULIO ERNESTO Schrödter
Danneberg.
*Ad d. Septembr. Anno* 1657.
*In Auditorio JCtor. horis conſvetis.*

WITTEBERGÆ, LITERIS IOHAN. HAKEN.

4761
22

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0003-9

I.

AUtor Authenticæ, Fridericus Imperator inſcribitur. Non autem is eſt Fridericus II. Imperator, quod voluit *Petrus Rebuffus, lib. 3. ad d. Authent. in princ.* Sed Fridericus I. cognomēto Barbaroſſa, ſive Ænobarbus. Emiſſa eſt enim Conſtitutio, apud Roncalias Anno Chriſti 1158. Menſe Novembri, quo tempore Fridericus I. Imperium, quod Anno 1152. nactus erat, tenuit; & Anno 1190 vitâ functus eſt. Ad Fridericum verò IIdum, demum Anno 1212. poſt Ottonem IV. Imperium pervenit. *Limn. de I. P. Imper. Rom. lib. 8. c. 9. n. 4. & ſeq. Arum. Volum. 2. diſcurſ. I. P. 33. theſ. 1. lit. a.*

II.

Lata eſt Conſtitutio, non quidem ad Scholares Bononienſes, Imperatori tunc ſupplicantes, ut Cynus abſq; fundamento opinatur, ſed in genere ad omnes emiſſa & quidem, Habitâ diligenti inquiſitione Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, omnium Judicum & aliorum Procerum, Sacri Palatij examinatione, quæ verba in ipsâ Conſtitutione & Authenticâ extant; Cum

autem Electorum nulla fiat mentio: quorum Collegium tamen jam ante Fridericum I. Imperatorem; & quidem, circa annum Chriſti 996; tempore Ottonis III. initia non vulgaria cœperat: quæ communis Doctorum Juris Publici ſententia eſt, vid. *Heig. p. 1. quæſt. 3. n. 46.* dubitare ſubit; cur illud omiſſum ſit. Reſpondemus; vel ſub appellatione Ducum, Electores qvoq; contineri, vel Fridericum Imp. Comitia tunc Roncaliis agentem in Italia ad Padum fluvium propè Placentiam; Claſſes Germanorum Statuum Ordine Recenſere non adeò penſi habuiſſe.

III.

Cœterũ de Origine & Conſtitutione Collegij Electoralis tutiſſima aſſertio eſt. Nec ab Ottone III. Nec ab Ottone IV. nec à Carolo Magno id inſtitutum: Sed tacito cõſenſu Principũ & Statuũ Imperii paulatim inoleviſſe, longa conſvetudine firmatum. *vid. Aur. Bull. tit.* 1. Daß ſich die Churfürſten zu ſolcher wahl/nach alter Löblicher gewonheit fügen &c. *& tit.* 4. §. 2. *& ult. c.* Venerabilẽ X. de Elect. & elect. poteſt; tandẽq; ſanctione Caroli IV. Imperatoris in Aurea Bulla, conſenſu omnium Imperij Statuum, pleniſſime confirmatum, & in hunc usq̃ue diem, ſine interruptione, penes Septemviros conſervatum fuiſſe.

IV.

Acceſſit hodie Electoratus Octavus, conſenſu Imperatoris & Imperij publicæ tranquillitatis causâ inſtitutus, quo Dominus Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni ejusque hæredes & agnati, totius lineæ Rudolphinæ juxta ordinem ſuccedendi in Aurea Bullâ expreſſum frui deinceps Jus habent, qvæ verba ſunt Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Svecici Osnabrugis d. 24. Octobr. Anno 1648.

V.

De Vicariatu Qvæſtionem, hodiè poſt obitū Ferdinandi III. Imperatoris invictisſimi, inter Serenisſimam utramque Domum Bavaricam & Palatinam incidentem: Imperiali deciſioni meritò relinquimus; maximè cum à Parte Domus Electoralis utriusque, rationes pro obtinendo illo Jure publicis exſcriptæ literis divulgatæ ſint. Animi tamen & liberalis exercitij gratia, quid ex prælaudato Inſtrumento Pacis Osnabrug. c. 4. §. *Et primo quidem, quod attinet,* colligi poſſit: diſſerere aliqvid, perinde ut de cœteris Imperij Receſſibus & Sanctionibus Pragmaticis, integrum & absque vitio erit.

VI.

In Aurea Bulla, cujus antea mentio facta eſt, dum præter Electores Eccleſiaſticos & Secula-

res, Principes, Comites, Barones, Nobilium quoque fit mentio, non credimus, Autori der Donawertiſchen Erinnerung / exiſtimanti, fieri id, non qvod hi Status Imperij, ſed qvod in Conſilium tunc temporis aſſumti fuerint; Id potius inde colligimus Nobiles illos immediatè nimirum Imperio ſubjectos, perindè ac alios ibidem enumeratos in Claſſe Statuum Imperij tunc comprehenſos fuiſſe, ſicut & in Reformatione Friderici III. de anno 1442. Cæteris Statibus annumerantur.

VII.

Hodiè ijdem Nobiles, Status Imperij non ſunt, nec ad Comitia vocantur, jam inde ab anno prædicto 1442. uti communiter exiſtimant, nec in Communem cæterorum Statuum collectam veniunt in die gewiſſen Anſchläge / *vid. Beſold. de Ordin. Eqv. n.* 13. ubi eos reliquis magis in munes eſſe ait nec in matriculâ Imperij reperiuntur, de quâ *vid. VVurmſer. Exerc. I. P.* I. *in Coroll.* Et hanc à Claſſe Statuum exemptionem Nobiles Circuli Franconici in litteris Statibus Norimbergæ exhibitis non diffitentur. *vid. Dn. Carpzov. de L. Reg. Germ. c.* 3. *Sect.* 12.

IIX.

Sunt tamen ijdē immediatè ſubjecti Imperio. Regalia & Jus ſuperioritatis ſive territoriale habent

bent die Landeßhohe Obrigkeit. Ad quod obtinendum ſufficit eos immediatè Imperio ſubjectos eſſe; idq; cum olim tanqvam Status Imperij indubiè habuerint, non cenſentur unà cum Statuum Privilegio, eidem quoque renunciaſſe. vid. *VVurmſer. Exerc. Iur. Publ.* 3. *th.* 19. Sicut & vigore Pacis Religioſæ & ex Inſtrumento noviſſimo Pacis Osnabrugenſis, in Juribus Religionem concernentibus, & beneficiis inde promanantibus, idem jus habent, quod Electoribus, Principibus & Statibus competit, *d. inſtrum. cap.* 5. §. *libera & immediata Imperij Nobilitas.*

IX.

Civitates Imperiales, uti olim Status Imperij fuerunt, ut ex Aurea Bulla dicto loco, & Reformatione Friderici III. año 1442. alijsq; Imperij Receſſibus patet; ita & hodiè ſunt. Nec votum ſaltem conſultativum aut approbativum in Comitis habent, ſed & deciſivum, omnibus enim Statuum Privilegiis gaudent, eadem formula, qua cæteri Status ad Comitia vocantur, & Receſſibus Imperii perindè ac cæteri ſubſcribunt. *vid. Daniel Otto de Iur. publ. C.* 13. *p.* 173. *Beſold. de Iur. & Imper. Imperial. Civit. theſ.* 7. utut Praxis Comitiorum interdum aliud, quodqve ad recenſionem Hiſtoricam ac mentem *Peuceri lib.* 5. *Chron.* ferè accedat docuerit: Vid. *D. Carpzovius d. L. Reg. germ. c.* 10. *ſect.* 8. adde *Inſtrum. Pacis Osnabrug. C.* 5. §. *Liberæ Imperij Civitates* II. Regalia qvoqve & Jura ſuperioritatis ſive Territorialia inſtar cæterorum Statuum ſine dubio exercent. *vid. VVurmſer. Exerc. Iur. publ.*

*publ. 3. th. 18.* ubi Andream Knichen de ſuperioritate *C. 1. n. 116.* rectè refutat.

X.

Cauſas Conſtitutionis hujus impulſivas tùm generales, tùm ſpeciales â parte Imperatoris, & Scholarium ex ipſa perlectione notare licet, easque exponit *Arum. d. Vol. 2. diſcurſ. 33. th. 2. D. Richterus ad d. Auth. diſp. 1.* Id ſolum addimus: ſanctionem hanc; appellari qvidem Authenticam; non autem ex illarum genere eſſe, quæ aliàs communi hoc nomine veniunt, qvas Irnerius antiqvus gloſſator, ex Conſtitutionibus Imperatoris Juſtiniani deſumpſit, nullaque publica authoritate Legibus Codicis, ut de earum vel declaratione, vel abrogatione conſtare poſſet, ſubjunxit; non perindè tamen & fideliter, uti in ipſis Novellis extabat: quod evidenter patet ex *Authent. Bona damnatorum C. de bon. proſcriptor.* collatâ Novellâ *134. C. ult. Authent. ex causâ C. de lib. præter*, factâ collatione cum *Novella 115. c. 3. §. fin.* Ideò Authenticæ illæ Irnerianæ nullius omninò ſunt Autoritatis, niſi, qvaten9 in fontibus idem qvod extraxerat continetur. Noſtra autem hæc Authentica *Habita* pleniſſimè refertur ſub hoc tit. C. ne fil. pro Patr. & autoritatem ipſius conſtitutionis Imperialis obtinet: cujus generis etiam eſt Authentica *Sacramenta puberum C. ſi adverſus. vendit.* vid. *Hunn. de Autorit. & Interpret. Iur. lib. 2. qvæſt. 3.*

## *MANTISSA*

Mater & Avia, Tutrices liberorum, in bonis eorum uſum fructum habent, de Jur. Sax. ex antiqviſſimâ & receptiſſima obſervantiâ, ex quâ potius qvàm ex ſcriptura & libris Jus hoc æſtimatur, qvæqve induxit & continuo hactenus uſu firmavit hanc Regulam; *Mater tutelam liberorum adminiſtrat Iure Paterno.* Ita ab Anteceſſoribus noſtris & à Nobis totâ die pronunciatum eſt.

Diſſentiunt JCti Lipſienſes.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0010-7

Gratioſo Spiritu Dirigente

# Ad Authenticam Habita

## Cod. Ne Fil. pro Patre.

*PERICULUM SECUNDUM* *In Auditorio ICtorum ad d. Sept. Ann. 1657.*

PRAESIDE

GOTTFRIDO SUEVO, D. & P. P.

*Reſpondente*

ERHARDO HENNING, Regiom: Bor.

---

I.

ACademias, (de cujus vocabuli Origine, variâ ſignificatione & deſcriptione videri poſſunt ea, quæ habet Limnæus *libr. 8. de Jur. publ. c. 1. n. 4. & ſeqq.*) erigere, aut erectas & dotatas ab aliis confirmare, ſolius Principis eſt, aut ejus, qui non recognoſcit ſuperiorem, *Matth. Steph. de Jdict. lib. 3. p. 2. c. 2. n. 1. & ſeqq.* Et quanquam olim vanâ, ita tamen perſvaſa religione creditum fuerit, præter confirmationem Imperatoriam, Pontificiam quoq; requiri, id quod in plerisque vetuſtioribus Academiis factum eſſe comperimus, & in hujus Academiæ Wittebergenſis, Fundatione, à Friderico III. Electore Saxoniæ factâ, præter Confirmationem Imperatoris Maximiliani I. Ulmæ pridie Nonas Julii Anno 1502. Etiam acceſſit Bulla Papalis Julii Pontificis Romani, ſub dato Romæ ap. S. Petrum Anno 1507. 12. Calendar. Julii, unà cum Confirmationibus Raymundi Cardinalis, Conſervatoriis, Sub-Conſervatoriis & aliis, quæ ex Archivis Academiæ recēſui in, de Academia Wittebergēſi. De neceſſitate tamē illud eſſe exiſtimandū haud eſt, cū Jdictionē ſuā & poteſtatē extra Territoritorium exercere non poſſit. *l. fin. ff. de Jurisd.* Sed ſola Imperatoria Confirmatio ſufficit. *M. Steph. d. c. 2. n. 14. & ſeqq.* Unde

in Ordinatione Cameræ *part.1. tit 3.* ſolius Imperatoriæ Confirmationis, nulla verò Pontificis fit mentio, ibi: Die in Univerſitäten/ welche zum wenigſten von Unſern Vorfahren/ Römiſchen Käyſern und Königen/ der ietzigen Kayſ. Mayt. oder Unß confirmiret &c.

II.

Poterit ergo & Rex Romanorum Academias confirmare, etiam ante Coronationem Pontificiam, quâ demùm olim Imperator fieri credebatur, ad cujus tituli petitionem Imperium 20. peditũ & 4. equitum millia præſtabat Romam profecturo Regi Romanorum (expeditio Romana Römerzug) Eâ autem hodiè ſublatâ mox poſt exceſſum Imperatoris, idipsũ & omnia alia poteſt quæ ipſe Imperator, Quod ſi vivo Imperatori adjunctus Rex fuerit, Jus illud vix ei permittendum erit, ſine conſenſu Imperatoris, ſiquidem Rex Romanorum vivo Imperatore, omni adminiſtrationi, absque permiſſu illius renunciat, Capitulat. Rudolphi II. Wir ſollen und wollen Unß auch keiner Regierung/ & Capitulat. Ferdinandi III. §.49. adeoq; delegatam ſaltem poteſtatm habet. *vid. D. Carpz. Cap. XI. Sect. 5.* De Vicariis autem Imperii quæri poteſt: An & ipſi Academias confirmare poſſint? quod affirmamus, cum in Aurea Bulla cap. 5. Vicariis, Palatino tunc & Saxoni quædã ſpecialiter adempta vel excepta ſint, adeoq; illa exceptio meritò confirmet regulam in caſibus non exceptis, qualis hic ipſe eſt, de Academiarum Confirmatione. *vid. Limn. d. libr. 8. c. 1. n. 35.* Sicut autem durante interregno Proceſſus in Camerâ non ſolius Palatini, ut vult *Arum. Tom. 3. Jur. Publ. Diſcurſ. 1. theſ. 52.* ſed utriusque Vicarii nomine & Sigillo expediuntur. *Limn. de J. P. lib. 3. c. 12. n. 50.* Ita in Confirmationibus Academiarum idem dicendum erit.

III.

Pontificem quoq; erigere & confirmare poſſe Academias fruſtra in dubium vocatur. *vid. Matth. Steph. de Jdict. l. 3. part. 2. n. 19.* nimirum in Patrimonio Petri, Territoriis & Ditionibus ſuis, in quibus Jura Superioritatis exercet, nullumq; alium ſuperiorem recognoſcit. Unde & à Subditis ſuis Crimen læſæ

Ma-

Majeſtatis in eum committi extra controverſiam eſt. *P. Theod. Coll. Crim. diſputat. 5. theſ. 3. lit. H.* Quod ſi hodiè extra Ditiones ſuas Academiam confirmare velit, ita ut Imperatoria Confirmatio non accedat, vix ea in cenſum Academiarum referenda erit, cum quod antea dictum eſt Jus illud Imperatori tranſcriptum ſit, Sicut & olim ad Imperatores pertinuit, quod probat *lex unic. Cod. de Stud. liberalib. Urbis Romæ. lib. 11. tit. 18.* Eaq; Confirmatio Imperatoria etiam in Academia Bononienſi, Patavina, Pariſienſi & aliis intervenerit.

IV.

Conſtant Academiæ (de his enim, antequam ad ipſa Scholarium privilegia deveniamus dicendum aliquid ulterius eſt) perſonis tùm primariis: Cancellario, Rectore, Profeſſorib9, ſtudioſis; tùm Secundariis: Academiæ Miniſtris, Pedellis, ſive Bidellis, Studioſorum famulis, Nuntiis, & aliis, quos Studioſæ cumprimis juventuti inſervientes in Matriculam referri, mos obtinuit.

Cancellarius Academię, ut plurimùm Epiſcopus eſt, quo titulo & munere, hodieq; ratione Epiſcopatus Martisburgēſis utitur Illuſtrisſimus Saxoniæ Dux Chriſtianus in Academiâ Lipſienſi, ſicut in Academia Gryphisvvaldenſi, Caminenſis & in Roſtochienſi, Suerinenſis Epiſcopi. Et ſoliti fuerunt quondam Epiſcopi tales vicem ſuam delegare alteri, quem ProCācellarium dixerunt, aut Cancellarium ſimpliciter, quod nomen & munus etiamnum hodiè in Academiâ Pariſienſi, Argētoratenſi, Oxonienſi, Gryphisvvaldenſi, Tubingenſi frequentatur & Rectoratu majus cenſetur, *Beſold. 1. Polit. 12. n. 47.* ac Appellationes interdum fiunt ad eum. *Beſold. de Appellat. c. 4. Sect. 1.*

In hac Academiâ Cācellarii mun9 antiquitus geſsit. Præceptor Dom9 S. Antonii in Lychtēburg dictus; & ſub Auguſto Electore Saxoniæ d. 4. Junii 1585. in locū D. Joh. Schützen Cancellarius Academiæ confirmatus eſt D. Georgiu Müller/ his verbis; Ihr wollet ihn gebührlichen an- und einweiſen / für unſerer Univerſität Cantzler erkennen/ ehren und halten/ &c. Unde tunc Inſcriptiones ad Academiam hoc modo emiſſas reperio Ann. 1584. Den Würdigen und Hochgelahrten / unſern lieben getreuen Re-

ctori, Cancellario, Magiſtern und Doctorn Vnſer Vniverſität Wittenberg. Ab illo tempore titulus Cancellarii non invenitur uſurpatus, nullumq; hodiè Academia agnoſcit Cancellarium aut Procancellarium, licet in quatuor Facultatibus, Decani aut Procancellarii nomen adhuc uſurpetur; Et noluerunt Anteceſſores, ſuperioribus annis hanc admittere Inſcriptionem, ProCancellarius Academiæ Wittebergẽſis, ſive in Academiâ Wittebergẽſi, N. &c. & Facultatis ſuæ h. t. Decanus. Rector, qui ob Prælaturæ dignitatem, quam refert, Comites & Barones antecedit Caput Academiæ eſt, ejusq; nomine Jurisdictionem exercet in ſubjectos, non tamen per ſe & promiſcuè, ſed in rebus majoris momenti, Conſilio Decanorum, aut Seniorum, aut totius Corporis Academici adhibito; unde pœnam relegationis Rector ſolus, neq; irrogare neq; remittere: nec de delictis gravioribus decernere poteſt: Plura de Rectorum Electione, dignitate & Jdictione. *vid. ap. M. Steph. lib. 3. p. 2. c. XI. & ſeq.*

De Profeſſoribus & Studioſis, eorumque Privilegiis infra ſpecialius dicemus: videri poſſunt, quæ in genere de utrisq; diſſerit *Limnæus de J. P. lib. 18. cap. 3. & 6.* ubi & de ritu Depoſitionis & Juramento Studioſorum, *& Matth. Stephani lib 3. p. 2. c. 5. num. 1. & ſeqq.*

## V.

Ordo Facultatum Theologicæ, Juridicæ, Medicæ, Philoſophicæ antiquitus receptus, &, absque prærogativâ tamen ratione privilegiorum Profeſſoriorum obſervandus eſt, *M. Steph. lib. 3. p. 2. C. 4.* Unde fruſtrà curioſi ſunt, qui operosè admodùm disquirunt: An JCti Medicis ſint præferendi? *vid. Limn. d. lib. 8. c. 4. n. 8. & ſeqq. Dan. Otto de J. P. c. 10. Reinking de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. ult. n. 58. VVurmſer. Exercit. J. P. 4. theſ. 17.* poſt plures alios ibidem allegatos. Sane Franciſcus Valeſius Medicus de ſacrâ Philoſophiâ c. 74. JCtis, qui ſimul adminiſtrant Remp. prærogativam concedit. In Academiis quidem & inter JCtũ & Medicum, quà tantùm tales, ordo certus eſt, interìm cõcurrens alia dignitas vel functio hunc illi præferre poteſt. De toto Literatorum Ordine convenientius fortè quæritur, an

Mili-

Militari ſit præferendus? Ad gubernandum utrumq; tempus Belli ac Pacis, & armis & literis ac legibus opus eſt: his armatur, illis decoratur Reſpublica. *Prooem. Inſtit.* Suus ergo utriq; honos conſtet, neceſſe eſt; Non incongruum videtur moderamen hoc obſervare in actu indifferenti ſive promiſcuo, qui ſcil. ad Litteratos & Milites promiſcuè pertinet, illos, his præferri; hos verò illis, in actu differenti, qui nimirum Militibus magis proprius & accommodatus eſt. Vid. *D. Ungepaur. Exercit. Juſtin. 1. quæſt. 8. Dan. Otto de J. P. c. 19.* & is præferendus eſt, quē præſentia magis exigūt, ait, *Beſold. Claſſ. 1. Coll. Pol. diſp. 11. n. 70. Idem in Diſſert. de Studioſ. Magiſtr. c. 9.* Conferatur Conſultat. Friderici Ulrici Ducis Brunſvic. & Lunæburg. apud Lanſ. de prærogativâ inter Milites ac Literatos, ubi Seyfridus à Greiſen, certamē hoc inter togatos & ſagatos aliter & hoc modo rectiſſimè ſepeliri poſſe exiſtimat, ut in poſterū [verba voti refero] Milites in actibus Militarib, in actibus literariis Lirerati, in communibus & indifferentibus itidem Milites primas teneant, ita tamen, ut in hiſce non tyro aliquis & vilis conditionis Miles cum Papiniano aliquo, ſed ut alterius Ordinis Summates cum Summatibus alterius, veluti in Galliis Equitum Magiſter cum Regni Cancellario & pares cum paribus comparētur, quod votum concluſione ſuâ confirmat Princeps. vid. *Mantiſſa Conſultat. & Oration. Lanſii, Conſultat. 2. p. 104. & ſeqq.* Quicquid horum ſit, certâ definitione, certamen hoc prærogativæ componi haud poteſt, Ideò pro qualitate perſonarum utriusque ſortis, officiorum, pro ratione Status Reipublicæ, pro Conditione Aulæ, & moribus utrobique receptis de eo ſtatuendum erit.

VI.

Sunt in Facultatibus certi honorum gradus ac tituli, qui non infamibus, non filiis reorum læſæ Majeſt. *l. 5. C. ad L. Majeſt.* non ſpuriis, *M. Steph. d. p. 2. c. 14. n. 127.* (confer tamē *Limn. d. c. 8. n. 78.* nonniſi dignis conferendi: ſi tamen quis in Examine benè non ſteterit, eum acceptâ diligentiæ & aſſiduitatis fide: repulſæ ignominiâ à ſtudiis ab alienandum non eſſe, poſt alios cenſet. *Matth. Steph. lib 3. p. 2. c. 14. n. 81.* Gradus & tituli in inferiore Philoſophica Facultate ſunt Baccalaurei & Magiſtri, in ſuperioribus Baccalaurei, Licentiati & Doctoris: Baccalau-

laureat9 tamē per ſe dignitas nō eſt,ſed gradus poti9,vel præparatio ad dignitatem: *vid.VVurmſ.Exercit.Jur.Publ.5.theſ.12.* de Origine nominis & differentiâ Baccalaureorum. *vid. Limn. de J. P.lib 8.c.8.n.15.&ſeqq. Matth.Steph.de Jdict.lib.3.p.2.c.14. n.108.&ſeqq.Chriſtoph.Beſold.Diſſert. de Studioſ. Magiſtris &c. Cap.6.pag.72.&ſeqq.* Isq; titulus in hac Academia in Facultatibus ſuperioribus prorſus exolevit. In Philoſophica eatenus uſurpatur, in Promotionibus Magiſtrorum, ut, qui antea illum ex more aliarum Academiarum adepti non ſunt, eodem publicè in Auditorio prius inſigniantur, & deinde in Magiſtros promoveantur. An autem aliquis in Collegio, qui Philoſophiæ Magiſter non eſt, gradum hunc aliis conferre, adeoq; Decani munus in eo ſuſtinere poſſit, Quæritur? Quod affirmat *Beſold.in Colleg.Polit.claſſ.2.diſp.11.n.20.* ideò, quia Decanus creat Magiſtrum, non quatenus Magiſter, ſed autoritate Collegii vel Superiorum: & præterea creare Magiſtrum, Regale eſt, non Magiſtrale. Cui accedimus; Ita enim & Comes Palatinus Cæſareus, Doctores & Magiſtros creat, cum tamen eundē gradū in illa Facultate nō teneat. Sola n. autoritate & conceſsâ ſibi poteſtate utitur,nō attento,an quo, cujusve Facultatis gradu ornatus ipſe ſit; Conſvetudo tamen Academiæ attendenda eſt, unde in hac noſtra Academiâ, in Collegio Philoſophorum; quod compertum eſt; credo, & in ſuperioribus, Decani aut Promotoris officium non ſubit, niſi inſigniri ſe prius eodem gradu curaverit. Et in mandatis Electoralib9, quibus Licentiatus aliquis ad Profesſionem confirmatur; idem primo quoque tempore gradum Doctoris aſſumere jubetur.

VII.

Licentiati in Facultatibus ſuperioribus, maximè,ſi quis nō tantùm Diſputatione inaugurali habitâ, & in ſubſequente Examine digni judicati fuerint, ut gradum Doctoris pro lubitu aſſumerēt, ſed inſuper in Licentiatum publicè & ſolenniter renunciati ſint (quod & in hâc Academiâ quondam in Auditorio Majori, præſente Senatu Academico fieri conſveviſſe accepimus;) quos Licentiatos promotos vocant, pari cum

Docto-

Doctoribus Jure ac privilegiis gaudent, ac in Camerâ Adſeſ-
ſores promiſcuè recipiuntur *Ordin. Cam. part. 1. tit. 3. ibi*, der
Rechte gelahrte oder Gewürdigte *vid. Limnæus de J.P.lib.8.c.8.n.*
*41.&ſeqq.Beſold.Diſſert.de Studioſis, Magiſtris &c. Cap. 8.* Quod
tamen in favorabilibus tantùm procedit, non in odioſis; ita,
ſi ex conſvetudine Civitatis in Senatûs Collegium non coo-
ptentur Doctores, quod Hamburgi, Lubecæ & alibi fit. Licē-
tiati tamen inde non arcentur, *vid. Matth.Steph.de Jdict.lib.3.*
*part.2.c.14.n.96.&ſeqq VVurmſer.Exerc.J.P.5.th.11.* Aliàs Do-
ctor inferioris Facultatis Licentiatum ſuperioris; Doctor in-
ferioris idemq; Profeſſor Academicus, Doctorem ſuperioris
Facultatis non-Profeſſorem antecedit. Doctor idemq; Pro-
feſſor junior, præfertur Doctori non-Profeſſori etiam Senio-
ri. Attendenda tamen cujusq; loci conſvetudo erit, quæ,
tanquam Domina prærogativas haſce ritè diſponit. Vid.
*Thom.Lanſ.de Academ.* Aliàs regulariter fit illud ob dignita-
tem Profesſionis Academiæ, quod nominis minus rectè ab
iis, qui in Trivialibus Scholis docent, uſurpari cenſet.] *Limn.*
*d.lib.8.c.3 n.2.*

De gradibus & honoribus Academicis, Inſigniis & ſolenni-
tatibus Promotionum; ut & de Privilegiis Doctorum; vid. e-
undem prolixè *d.lib.8.c.8.& Beſold.d.Tract.c.9.*

VIII.

Extra Academias quoq; Doctores creantur, vel ab ipſo Im-
peratore, ſolo verbo, uti Rudolphus II. Bartholomæo Bezio
Tyrolenſi fecit: Legato ad Portam Ottomannicam, poſteà
Præſidi Conſilii bellici in Aulâ Pragenſi, vel (Imperatoria au-
ctoritate & poteſtate, cumulativè non privativè conceſsâ) à
Comitibus Palatinis Cæſareis Käyſerlichen Hoff-Pfaltzgraffen/
vel Sacri Palatii Lateranenſi Comitibus, ita dictis, vel à Pala-
tio illo Romano, quod nomen Imperatores in memoriam
priſtini dominii retinuerunt: vel à Palatio Lateranenſi, quod
Aquisgrani eſt in Germania. *Limnæus de J.P.lib.4.c.4.n.44.* Di-
cuntur communiter, Bullati Doctores ſive Codicillares, qua-
ſi vi & autoritate Bullæ ſive Codicilli & Privilegii Cæſarei cre-
ati; quibus ſemper hactenus, Controverſia Status mota fuit:

gau-

gaudeantnè iisdem privilegiis, quibus in Academia promoti? quod affirmandum omninò ducimus; Et Academiæ, & Comites Palatini ab Imperatore, qui fons eſt omnium dignitatum, poteſtatem hanc habent, ex intentione ejus; Doctores creandi, hocq; collato titulo jura quoq; & privilegia, utrobique æqualia eſſe voluit, Imperator, non minora in his, non majora in illis, uti ex Diplomate Comitivæ Palatinæ Raimaño Seltrechten, à Cæſare conceſſo videre eſt, quod promoti ab eo, iisdem gaudere debeant privilegiis, prærogativis &c. quibus cœteri Doctores in Gymnaſio Pariſienſi, Patavino, Peruſienſi, Piſano, Viennenſi, Ingolſtadienſi & quolibet alio publico, ac privilegiato Gymnaſio promoti gauderent; ita tamẽ ut à Doctoribus eximiis ad minimum tribus, Doctorandus vel Licentiandus examini ſubjiciatur. Refert verba Diplomatis. *Matth. Steph. lib. 2. de Jdict. part. 1. c. 6 n. 73.* Nec de poteſtate itaq; nec de voluntate Imperatoris ambigendum eſt. Inſignia & alia ſolennia Doctoralia Promotionum Academicarum, qualia, Cathedra, liber, pileus, annulus, oſculum, Comes Palatinus quoq; adhibere, nullatenus prohibetur, ſi de Subſtantia actus eſſent. *In Ordinat. Cam. p. 3. §. 1.* Doctores Bullati ab Aſſeſſurâ non excluduntur, tales unquam à Statibus in Camera fuiſſe præſentatos, probatum non eſt, & valdè dubitandum, repulſam eos laturos, ſi præſentati ad munus illud fuerint, neq; relinqueret hanc injuriam Imperator inultam, ſi animadverteret, ibi Majeſtatem ſuam diminui ubi dimicari pro ea neceſſe eſt, ait, *Matth. Steph. d. loc. n. 50. Arum. Diſcurſ. 1. ad Aur. Bull. theſ. 5. Limn. de J. P. lib. 8. c. 8. n. 14. D. Carpz. de L. R. c. 10. ſect. 10.* Nec à Profesſione Academicâ Doctores Bullatos repellendos eſſe dixerim, cum ex Imperiali Diplomate, poteſtatem habeant, legendi, docendi, Cathedram aſcendendi, gloſſandi, de Jure diſputandi ac reſpondendi, ut eſt in Privilegio Seltrechtiano *ap. Matth. Steph. d. loc.* De Comitibus Palatinis id quæritur, an, in Academiâ ſi degant, Doctores ibidẽ creare poſſint? Jenæ quondam Nicolao Reuſnero id non permiſſum fuiſſe, refert *Limn. d. c. 8. n. 12.* Verum haud ſcio, an poteſtas ab Imperatore generaliter data certo loco includi de-

di debeat Nec putaverim, præſente ipſo Imperatore in Reſidentiâ vel alibi, Comitem Palatinum ab Exercitio Actuum conceſſorum prohiberi.

IX.

Doctores Nobiles eſſe & Veteribus Imperatoribus & recentioribus placuit. *Vid.l.4.ff.de excuſ.tut.l.7. de poſtul. Ordin. Polit.Francof.de Anno 1577. Limn.de J.P.lib.8.c.4.n.6.* Quam Nobilitatem fruſtra iis invidebunt privati; Nobilitatem nimirū in genere, ſive titularem, qua dicuntur Nobiles; & hoc prædicato Nobilium fruuntur, Edle/ quam & unicè intendunt, non illam in ſpecie, quæ genus & familiam afficit, ac in liberos & poſteros propagatur, nec in ſolo titulo temporali conſiſtit, unde Edelman & Edelleute dicuntur: aliud eſt Edel aliud Edelmann/ *Limn.d.lib.8.c.8.n.101. & ſeqq.* ubi Valentini Melaſii argumenta refellit, *Harprecht.in Comment.Inſtit. de J. perſon.* ubi itidem ad contraria reſpondet, adde *Matth. Steph. de Jdict.lib.3.p.2.c.14.n.91.& ſeqq.& Beſold. Diſſ. de Stud. Magiſtr. &c. c.9.* Non itaque obfuſcat Nobilitatem, aſſumptio gradus Doctorei, niſi dicere velis, & quidem admodum incongruè, Nobilitatem unam, qualem in Doctoribus antea deſcripſimus, obſcurare alteram, & duplicem ſplendorem non fulgere illuſtrius, aut dignitatem dignitati junctam abolere priorem, & bonum obfuſcari à bono. Frequentisſimum etiam id & in majore dignatione habitum olim fuiſſe: Doctoratus gradum à Nobilibus genere aſſumi, ex Receſſu Imperii de Anno 1500. tit. Von überflüſſigkeit der Kleider conſtat ex §. Item die von Adel/ſo nicht Ritter oder Doctores ſind; Plurima Exempla Ducum, & Nobilium, eorundemque gradu Doctoris & aliò inſignium ſuperioribus temporibus exſtant. *vid.Kirchn. in Orat. de Ducib.Princip.Doctor.& Magiſtris promotis. Matth. Steph. d.c.14.n.133.in fin. Beſold.d.Diſſert.c. 9. p. 118.* In noſtra hac Academia Staupitzii & Beuſtii gentilitia, eademq; Doctorea Nomina, æternâ ſui celebritate ſunt eruntq; notiſſima.

X.

De Profeſſorum requiſitis & qualitatibus remittimus nos



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0019-2

*ad l. 7. C. de Profeſſ. Matth. Steph. de Jdict. lib. 3. p. 3.* & quæ habet *Limnæus de J. P. lib. 8. c. 3.* De immunitatibus eorum & Salariis, ut & immunitatibus infra ſuo loco dicemus; Geminum hoc ratione ipſius Profeſsionis ſubjungimus. 1. An Profeſſor per Subſtitutum legere? 2. An Expectativa Profeſſionis nondum vacantis peti vel dari poſſit? Prius negandum erit, cum perſonæ induſtria electa eſſe cenſeatur; niſi fiat conſenſu Principis ſive Patroni; qui ex valetudinis adverſæ: vel aliâ juſtâ cauſâ diſpenſare poteſt. Quam gratiam Socero meo b. m. D. Bartholomæo Reuſnero Electoris Sax. Conſiliario Appellationū & Facultatis Juridicæ Ordinario, per Subſtitutum Generum D. Georgium Schultzen quondam legendi factam eſſe accepimus.

Alterum id omninò negat *M. Steph. d. c. 3. n. 18. & ſeqq.* propterea, quia Academiæ per hujusmodi Expectativas Jus liberæ nominationis adimatur, inducatur votum captandæ mortis; & in beneficiis Eccleſiaſticis Expectativæ ſint prohibitæ (*c. deteſtanda 2. de Conceſſ. præbend. in 6.* Idem Ergò de Profeſſionibus dicendū, ut & ex aliis rationibus, ibidem prolixius adductis.

Non abnuerim tamen, promiſſionem vel Expectativam Profeſſionis certis de cauſis à Patrono Academiæ fieri poſſe alteri; Nec enim ingenuitas Germana, præſertim in Literatis votum illud captandæ mortis admittit; Et aliàs pacta Confraternitatum & Expectativas feudorum omninò aboleri neceſſum eſſet. Libertati verò nominationis Academicæ, per reſervatum vel alio modo provideri poteſt. Dignitati etiam & utilitati Profeſſoris viventis, addo & ejus ſecuritati, nihil omninò decedit, Et annon expedit magis, virum notoriè eruditum ad uſus futuros ſub ſpe vel expectativa tali retinere, quã permittere, ut acceptâ alibi Spartâ, Academiæ prorſus ſubducatur. Et hujusmodi Expectativas in officiis, etiā Eccleſiaſticis & Scholaſticis; juſtâ de causâ olim quoq; cōceſſas fuiſſe, in mandatis Electoralibus ad Conſiſtorium Eccleſiaſticum emiſſis reperio; non tantùm Expectativas generales ad vacaturum officium in aliquo diſtrictu, veluti Anno 1604. So be-

geh-

gehren wir gnädigſt/Ihr wollet darauff bedacht ſein / das wenn ſich
eine gelegenheit einer zimlichen Pfarr / in einem Städtlein / unter
Eures Conſiſtorii gezirck eröffnet/ daß Ihr Vnß deſſen erinnert /
damit Er vor andern bedacht / und dahin befördert werden möge.
Daran geſchicht unſere gefällige meinung. Et anno 1606. Ihr
wollet fleiß anwenden ; darmit Supplicant in eurem untergebenem
Gezirck zu einem Pfarrdienſt förderlichſt möchte untergebracht wer-
den/doch wenn gelegenheit für Ihn fürfallen wird/ ſo wollet ihr erſt-
lich dieſelbe anhero/wie denn auch des Supplicantens geſchickligkeit
zu unſerer ferneren reſolution unterthänigſt berichten. Daran ge-
ſchicht unſere gefällige meinung. Verum etiam ſpeciales E. gr.
Diacono factas in locum deceſſuri è vivis Paſtoris ; uti Reſcri-
ptum eſt ad Anteceſſores Conſiſtorii Eccleſiaſtici Anno 1609.
ad ſupplicationem Diaconi Niemecenſis. Als ſind wir gnä-
digſt zu frieden/daß ihm angtregte Succeſſion auff angedeuteten To-
deßfall/und do der Rath ſambt den Eingepfarren zu Niemeck / wie-
der ſeine Perſohn/Lehr und Wandel nichts erhebliches einzuwen-
den/ wiederfahren möge. Nec itaque damnandæ ſemper
Expectativæ erunt ; nec promiſcuè frequentandæ.
De quibus in Diſcurſu forte plu-
ra.

MANTIS-

# MANTISSA.

JUre Saxonico, ut rerum immobilium venditarum Dominium, ad emptorem tranſeat, non requiritur de neceſſitate, traditionem, ceſſionem ſive reſignationem judicialiter Emptori factam eſſe daß das Guth von dem Verkåuffer gerichtlichen auffgelaſſen / vnd dem Kåuffer zugeſchriebẽ worden ſey; ſed ſufficit ſimplicẽ rei traditionẽ judicialitèr ſine reſignatione fieri; ita ut Creditor cui poſt eam traditionem venditor reſpectu cujusdam prætenſi dominii ante factam reſignationẽ ipſi competentis hypothecam conſtituit, poſſeſſori non præferatur; Ita Noſtri cum *Friderico Penſoldo ad Coler. deciſ. 279. Pet. Heig. p. 2. quaſt. 18. n. 18. D. Frantzk. lib. 2. reſolut.* ſæpiſſimè pronunciarunt teſte. Schultz *in Synopſ. Inſtit. de rer. diviſ. & acqvir. lit. Oo.*

Diſſentiunt JCti Lipſienſes.

Gratioſo Spiritu Dirigente

# Ad Authenticam Habita

Cod. Ne Fil. pro Patre.

*PERICVLVM III.*

PRAESIDE

GOTTFRIDO SUEVO, D. & P. P.

*Reſpondente*

RICHARDO DIETER, Berolin: March: *In Auditorio JCtorum.*

I.

PErſonarum, an rerum Tractatio præmittenda ſit, non operoſè diſceptabimus, ſeqvimur interim mentem & methodum Imperatoris Juſtiniani, qui Perſonas præmittit, cum parum ſit Jus noſſe, ſi perſonæ quarum cauſa Jus conſtitutum eſt, ignorentur §. *ult. Inſt. de Iur. nat. gent. & Civ.*

Circa Perſonas itaque ante omnia quærendum eſt, An Privilegia Authenticæ Noſtræ iis competant, qui Matriculæ Academicæ nondum inſcripti ſunt? Antiquiſſimus pariter & laudatiſſimis mos eſt; Cives, Milites; aliosq́; unius corporis, Collegij, Tribuum conſortes albo ejusmodi ſive libro inſcribi, unde & Status Imperij, & Studioſi ac Profeſſores, Matriculæ quisq́; ſuæ inſeritur; pro quâ Matriculâ præſumitur; aliquem Statum Imperij, Studioſum, Civem, Militem, aut contribulem eſſe, donec contrarium evidenter probatum aut nomen ejus ex Matriculâ deletum fuerit. *Matth.*

*Steph. de Idict. lib. 3. p. 2. c. 5. n. 33.* Et Matriculæ quidem Academicæ nomen dare Legibus omnium fermè Academiarum & inter Leges hujus Academiæ num. 5. diſertè cautum eſt, *ſimul atq; quis venerit in Academiam, Nomen ſuum apud Rectorem, in Album Studioſorum inſcribendum profiteatur, inq; Leges Academicas, niſi minor octodecim annis fuerit, juret*: Si tamen diſtulerit quis Nomen ſuum, uti dictum, profiteri, nihilominus pro Studioſo eum habendum eſſe dixero; Nullam enim Matriculæ mentionem facit Fridericus, in Authenticâ Noſtra; ſed ijs indulget privilegia, qui ſtudiorum causâ peregrinantur, exules fiunt, de divitibus pauperes, ſemetipſos exinanientes, qui ſcientiam ſectantur, quâ mundus illuminetur &c. Quæ omnia cum ſtudioſis, quos tamen tales eſſe aliunde conſtat, etiam nondum inſcriptis applicari poſſint; utique nec privilegiorum uſus ante immatriculationem, vel intitulaturam, ut Statuta noſtra loqvuntur, ijs adimendus erit. Et quis dicere auſit, eum qui ſtudiorum causâ Academiam adire cogitat, & nulli unquam matriculæ inſcriptus eſt, in ipſo itinere ſtudioſorum privilegiis, ratione vectigalis, repreſſaliarum &c. nõ frui? Matricula certè per ſe non facit ſtudioſum. Ergò nec omiſſio, mox non ſtudioſum efficiet, & quot in locis & Academiis in uſu non ſunt matriculæ, quarum ſcholaribus tamen privilegia non denegabis. Hanc ſententiam etiam Anno 1643. defendi in *diſp. meâ inaug. de Iure ſingulari cap. 14. Membr. 3. n. 15.* Idẽ ſentit *Chriſtoph. Beſold. in diſſert. de Stud Mag. &c. pag. 18. & ſeq.* Contemptus tamen matriculæ meritò punitur, & contemptores iſti vel mulcta afficiuntur alibi, vel ſpecialibus Studioſorum illius Academiæ Privilegiis (quale in hâc Acaddemia eſt, immunitas

certa,

certa, à tributo cerevisiario freyer Tiſchtrunck. Et peculiaria quarundam Academiarum privilegia recenſet. *Limn. lib. 8, cap. 9. n. 54. & ſeq.*) frui prohibentur, de quo graviter in Legibus noſtris d. num. 5 *Qui id non fecerit* (profitendo ſcil. nomen) *ei convictus denegabitur, & habitatio,* (*neq; enim cuiquam eorum fiat copia, niſi juſto documento probaverit, ſe in ſtudioſorum numerum ritè cooptatum eſſe*) *quin ſi de eo conſtiterit, Magiſtratui Oppidano tanquam illegitimus Civis, addicetur.* Id quod aliquoties factum, talesque neglecti beneficij pœnas meritas luiſſe, & ſupplices poſtea nobis, pro inſcriptione factos, repulſam tamen ob priorem contemptum tuliſſe novimus. Jenæ intra triduum, Nomen Matriculæ dare, aut urbe exceſſe jubentur Studioſi D. Richter diſp. 2. ad Auth. Habitâ. pag. 24. In Acad. Tubingenſi octiduum ad eundem finem indulgeri refert *Beſold. d. loc. pag. 19.*

II.

Ex ijs, quæ dicta ſunt, conſectarium hoc ſurgit. Si quis, antequam Albo Academiæ inſcriptus ſit, Coram Oppidano Magiſtratu conveniatur, an Exceptio præventionis ei opponi poſſit? Affirmabunt hoc illi, qui Matriculam facere ſtudioſum, & ante inſcriptionem Scholarem non Academico Magiſtratui, ſed Oppidano ſubjectum eſſe, præſupponunt. Quod quia in Jure fundatum ſatis non eſt, & ſtudioſus, qua talis, etiam nōdum immatriculatus, Judicem ſuum privilegiatum Academicum habet, qui & in eum ob neglectum inſcriptionis Idictionem exercet, mulctam imponendo privilegiis ſpecialibus privando, Oppidano Magiſtratui tradendo &c. Nihil certè obſtabit ei Exceptio præventionis; ſiquidem illo caſu ceſſat concurrentia Jurisdictionis;



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0025-2

dictionis; non concurrit hic Judex, cum Iudice, per ſe, Actu, & in ſolidum; quæ tamen omnia ad pręven-tionem Jdictionis inducendam requiruntur. Aliud eſt in Clerico, qui antequam talis fieret, tanquam Laicus coram Judice ſeculari conventus, præſcriptione po-ſtea uti non poteſt, ob pręventionem *C. pen. X. de for. comp. Vid. tamen Farinac. Tract. Crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 8. n. 106. Ioh. Monach. in Pract. Iudic. p. 2. tit. de prævent. c. 4. n. 8.* Idem de Milite dicendum, qui ante Militiam aſſumptam conventus, coram illo Judice litem finire debet *l. 7. ff. de Iudic.* non obſtante præſcriptione fori, quâ aliàs munitus eſt, ita ut tantum coram Magiſtro Militum, (unde Magiſteria poteſtas) conveniri poſſit *l. 6. C. de Idict. l. 17. C. de Iudic. l. 1. & 2. C. de Offic. Magiſt. Milit.* Uterque enim ante profeſſionem, Clero, vel mi-litiæ factam Laicus fuit, non Clericus non miles, ſtu-dioſus autem jam fuit, antequam nomen matriculæ daret. Id obiter hic addimus, miſerabilibus perſonis, (de quibꝰ, & quæ tales ſint, arbitriũ penes Judicẽ eſt) nõ offi-cere exceptionẽ præventionis, quin litẽ, corã Ordina-rio Iudice cœptam ad Curiam ſummi Principis trahe-re & evocare poſſint, ex privilegio *L. un. C. Quand. Imper. int. pupill. vid. aliasq́, miſerab* modò id animo vexandi adverſarium non faciant. *Gail. lib. 1. Obſerv. 1. n. 40. VVeſenb. & Vultei. ad d. l. un. Hillig. ad Donell. 17 Comment. c. 20. lit. B. & lit. E.* ubi Studioſis privilegi-um d. L. un. non competere ſtatuit.

III.

Dictum ſupra eſt in theſi 1. Studioſum ob contem-ptum Matricnlæ, Magiſtratui Oppidano, tanqvam il-legitimum Civem tradi. An autem ille, quamdiu hic degit, eidem Magiſtratui perpetuò erit addictus, Ita ut

Magi-

Magiſtratus Academicus pœnitentem in Album Studioſorum nō poſſit recipere. 5. Poſſe id fieri citra turbationem Jdictionis exiſtimamus: Habet Studioſus judicem proprium & privilegiatum; Academicum nimirum Magiſtratum; qui dum Oppidano illum tradidit; non animo abdicandi omnem in eum Jdictionem fecit, ſed animo corrigendi, ut inſipientiæ & neglecti beneficij pœnam ſolvat. Si vivere emendatius promittat, quid prohibebit, ad proprium redire Judicem, quē nunquam amiſerat; Nec ita remittendo eum ad Senatum Oppidanum, Juri Civitatis illius tranſcribitur, ſed officium ſaltem Senatus imploratur, ut & in aliis contra Studioſos & immatriculatos fieri ſolet. Ita in criminibus quibus implicatus ac reus perhibetur Studioſus, Magiſtratus Oppidanus ad requiſitionem Academiæ illum, maximè ſi is in ædibus civium, vel ædificio Urbico detineatur; per Judicem & Scabinos in locum Conſiſtorij, Senatui Academico ſiſtit, qui deinceps de qualitate cauſæ, an criminalis ſit, nec ne? cognoſcit. Memini etiam in Homicidio vel aliis criminibus, Studioſum ab excubiis militaribus deprehenſum ac detentum, prævia noſtra requiſitione ab ijsdem in Conſiſtorium deductum Academiæque ita traditum fuiſſe. Imò & in Faſtis Academiæ conſignatum reperio, Anno 1614. d. 2. Febr. Dresdæ deciſum eſſe, Quæſtorem etiam, ejusq; perſonas judiciarias in talibus ab Academia requiri poſſe: Verba hæc ſunt, die Jurisdiction über die Studioſos ſoll die Univerſität allein haben / wo fern ſie nicht in Peinlichen ſachen / den Ambt-Schöſſer imploriren; ſonſten ſollen auch die zeugen in der Academia abgehöret werden / Item / der Schöſſer ſoll auff erforderung in allen fällen der Univerſität die Ambtsgerichte leihen

hen. Hoc ipſo tamen invaſiones vel turbationes Juriſdictionum intellectas aut permiſſas eſſe, non putaverim.

IV.

Referuntur in Matriculam Academiæ, non tantum Literati & Studioſi, vel actu diſcentes, ſed & alij, ijsdē inſervientes, quorum operâ Profeſſores & Studioſi carere nequeunt. In hac Claſſe ſunt, qui ſolis ſcriptionibus vacant: Exercitiorum liberalium, Lingvarum Exoticarum, Artis Chymicæ, Muſicæ, Pictoriæ, Pugillatricis vel gladiatoriæ, Athlethicæ, ſaltatricis; ſimiliumqve aliarum cultores, vid. de Pugilibus *D. Richter diſp. 2. pag. 40.* cum quo, nec id neceſſarium eſſe dicimus, ut pugiles ſimul literas tractent; imò & Typographos Bibliopolas & librorum Compactores huc pertinere, ſtatuit Hunnius ad hanc *Authent. Habita; Cap. 1. quæſt. 9. D. Richter d. l.* Quo etiam referuntur, qui aptandis & concinnandis artificiosè crinibus alienis ad calvitiem tegendam vel valetudinem Capitis conſervandam vacant. Barückenmacher/ qui Studioſis maximè inſerviunt, nec Civibus id non callentibus ſunt nocumento; Ideo omnes hoſce, & qui ſunt conſimilis generis, Matriculæ inſertos eſſe memini; Quin & Bibliopegus, cum operam ſuam in compingendis libris, ſoli Academiæ ejusdemque membris addiceret; & ſcriptionibus vacaturum ſe profiteretur in Album Academiæ relatus, & ad contradictionem Senatus Oppidani; defenſus eſt peculiari Reſcripto Supremi Conſiſtorij Dresd. Anno proximè elapſo 1656. d. 20. Auguſti his verbis: Wann dann ſupplicant P. C. M. der Univerſität Matricul albereit einverleibet / Er auch auff allem fall das Buchbinder handtwergk fallen zu laſſen/ und ſich zur Schreiberey zu wenden erbieten thut/ der=

dergleichen Perſonen bey der Univerſität gelitten werden. Alß begehren wir hiermit gnädigſt / Ihr wollet Ihn unter Euren ſchutz und botmäßigkeit behalten. Inſpicienda tamen & gnaviter obſervanda ſunt privilegia & pacta conventa cujusque loci Academiarum, cum Oppidano Magiſtratu, nec comittendum facilè: ut receptio eorũ fiat, qui actu non ſtudent, civibus in negotiatione ſuâ damnum inferunt, & litigandi materiam ſubminiſtrant. Evenit etiam aliquando, ut aliquis actu non ſtudens, nec Matriculæ inſcriptus ſed Senatui Oppidano ſubjectus; ex causâ modo dictâ & permiſſa; in Album Academiæ referatur, aut ad officium; puta Præfecti Fiſci, Oeconomi, Cellarij, Miniſtri publici, Tabellarij, Curſoris &c. ab Academiâ aſſumatur. Hi Jurisdictioni Academiæ, in perſonalibus ſubjiciuntur. Si tamen antea, mota ijsdem coram Senatu Oppidano lis fuerit, exceptione fori tueri ſe non poterunt, ſed Exceptio præventionis, ijs omnino obſtabit, cum diverſiſſima horum ſit ratio, à Studioſis peculiarem & privilegiatum Judicem habentibus, de quibus ſupra dictũ eſt, theſi 2dâ.

V.

Fit interdum, ut Studioſus, nomen Oppidano Magiſtratui, quam Academico dare malit; Unde an Oppidanus talem recipere, eiq; gabellam perinde ac cœteris civibus imponere poſſit quæritur. Quod negamus, ſi ſtudiorum causâ degere in loco ad tempus, nec ulli negotiationi Civicæ ſe addicere conſtituerit. Habent enim Studioſi, quamdiu tales, nullum alium Judicem ex Authenticâ noſtrâ, quam Dominum vel Magiſtrum ſuum, vel Civitatis Epiſcopum, quibus hanc Iurisdictionem ſe dediſſe Imperator affirmat; Non itaque confundendæ, aut cum damno alterius, augendæ ſunt Iurisdi-

riſdictiones. Et quemadmodum Academię non permittit Senatus Oppidanus, eos in Album recipere, qui mercimonia merè Civica exercent; pari ratione prohibitum ſibi eſſe credat, Senatus, illos ſuſcipere, qui ſtudiis addicti, in Academia degunt; & nulla ratione juſta, ſed ſolo temerario auſu, à Iuramento fortè Academiæ pręſtando abhorrentes, Iurisdictionem ejus deſugiunt. Unde non dubitamus, ad ſupplicationem Academiæ, Senatui Oppidano à Patrono mandari poſſe; ut talem non recipiat, vel tueatur amplius, ſed is ad Exemplum Studioſorum cæterorum vel Academiæ nomen ſuum profiteatur, vel ſi contumaciter perſiſtat, loco illo exeſſe jubeatur, cum tolerari tale quid absq; ſcandalo & corruptione Scholarium reliquorum, diminutione Autoritatis Academicæ, tandem & factionum periculo, nec poſſit, nec debeat.

VI.

Saluberrimè monitum & cautum eſt in Legibus Academicis. num. 27. *ut ſubindè recordetur quisq; cur huc miſſus ſit, videlicet ne tempus inertiâ tranſigat, ſed ut bonarum literarum, doctrinæq; utilis Inſtrumentum ſibi comparet idcircò in eam rem omnes ingenij atq; induſtriæ nervos ſeriò ac ſemper intendat*; Unde quæritur hic, An Studioſis id non facientibus, aut publicas Lectiones non frequentantibus, privilegia Authenticæ noſtræ competant? Qui ſtudia prorſus negligunt, aut vagabundi ſunt, privilegia ſtudioſorum non merentur, ſicut & militibus vagantibus, privilegia Militaria nō cōpetunt, Gart-und Herren loſen Knechten. R. Abſch. de Anno 1555. §. und damit angeregte vergadderung. Militant enim tales, ait Baldus, ut Catuli in Sylvis. Peregrinãtur quidem Studioſi vagantes, non verò Studiorum, ſed mendi-

mendicandi cauſa; Exules fiunt, de divitibus paupe-res, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, corporales injurias à viliſſimis ſæpè ſine causà perferunt. Sed hæc omnia, non amore ſcientiæ patiuntur, verùm ſuâ culpâ & ſummâ animi ignaviâ. Et quomodo obſcuriſſimorum hominum inertiâ: qui ſic vagando aut ſtudia negligendo, nullam ſcientiam ſectantur, mundus illuminari poteſt, quam rationem primariò intendit Imp. Fridericus. Eaque ceſſante privilegia utique & indulta ceſſabunt *C. un. §. 2. F. 24. vid. Limn. de I. P. c. 6. n. 45. & ſeq. Arum. vol. 2. diſcurſ. 33. th. 3. lit. b.* Alterum quod attinet, Studioſis publicas lectiones & diſputationes non frequentantibus, ordini conceſſa, privilegia non competere. ſtatuunt quidam, quorum argumenta recenſet & reſolvit *Hunn. ad Authent. Habita Cap. 1. quæſt. 2.* Verùm, cum Imperator, ſolam ſcientiam requirat, quâ mundus illuminetur, qualis non tantum in publicis lectionibus, ſed & privato ſtudio ac informatione acquiri poteſt *argum. l. 2. §. poſt hunc maximè ff. de Orig. Iur.* cumque non interſit, quo modo quis proficiat modo honeſtè fiat, nulla ratio eſt, cur talibus privilegia denegentur: *Matth Steph. lib. 3. p. 2. c. 5. n. 31. & ſeqq. Limn. lib. 8 c. 6. n. 63. Arum. d. diſcurſ. 33. th. 3. lit. b. D. Richter diſp. 2. pag. 26.* Negligendæ tamen temerè â ſtudioſis haud ſunt Lectiones Publicę Profeſſorum, ut plerumque fit hodiè, dum gratulantur ſibi ſæpè docentes, de Iure trium vel quatuor Auditorum, aut apud Cæſarem petere opus habēt, Ius trium diſcipulorum *vid. Beſold de ſtudioſ. Magiſtr. pag. 15.*

VII.

An Studioſis Academiæ Patriæ, bonis literis ibid operam navantibus privilegia Scholarium competant, ſumma contentione quæri ſolet. Et miror à præclaris quibuſdam JCtis, etiam Sichardo & Pacio, imò à Dd. communiter, teſte *M. Steph. d. c. 5. n. 34.* id negari, cum tamen Imperatoris mente ac ſententiâ



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0031-4

tentiâ, nihil ſit clarius aut apertius: Voluit ille mactari privilegijs eos, quorum ſcientia totus illuminatur mundus. Quis autem ſucceſſum talem ac felicitatem negare auſit, in Academiâ Patriâ diſcentibus & egregiè proficientibus? quis propterea eos privilegiorum optimè meritorum incapaces pronunciabit, quos naſcentes Academia ſuſcepit, & in ejusmodi artiũ profectus eduxit? Et annõ in inſigne totius literarij Ordinis dedecus vergeret: Si illi de quibus hic agimus Studioſi, utpote ex mente diſſentientiũ non participes privilegiorũ, injuriis aliorum manerent expoſiti, ob delictum vel debitum alterius provinciæ damnum pati, & coram alio, quam ſuo & privilegiato Judice ſtare cogerentur? Quæ hæc injuria eſſet, quæ invidia, quod opprobrium in Literatos; quale præmium acquiſitæ ſcientiæ, quod incentivum ad majora? Fruſtra verò captantur verba dictæ Authent. *Studiorum causâ peregrinari & Exules fieri*: quæ tantùm cauſæ impulſivæ rationem habent, quaq; ceſſante non protinus ceſſat ipſa diſpoſitio, uti Exemplo improbisſimæ fœminæ Carſaniæ *l. 1. ſ. 5. ff. de poſtul.* Exemplo feriarum meſſium, SCti Macedoniani, alijsq; probari, poterat. Sufficit principalem cauſam, quàm ſupra diximus in talibus Studioſis, ſpem nimirum acquirendæ egregię ſcientiæ quâ mundus illuminetur, inſigniter ſubeſſe. Quod ſi cæteras rationes, ab exinanitione ſui, â paupertate contracta, â metu injuriarum deſumptas, unqvam neceſsarias ad obtinenda privilegia urgere velis, certè nec noſtros hoſce ſtudioſos; â talibus immunes & proinde privilegiis frui debere, vel invitus dices. *Vid. Gilken. ad hanc Authent. n. 10. Matth. Steph. de Jdict. lib. 3. p. 2. c, 5 n. 34. & ſeqq. Limn. d. c. 9. n. 49. Arum. d. th. 3. lit. C. Hunn. ad d. Authent. C. 1. quæſt 3.* Addi his poteſt, quod major ſit favor profitentium in Patria, quàm extra eam *ſ. item Romæ 15. J. de excuſ. tut.* & Filij Advocatorum extraneis præferantur *l. 11. l. 13. C. de Advoc. div. judicior. l. 5. ſ. 5. C. de advoc. diverſ. judicum.*

VIII.

Privilegia Authenticæ noſtræ illis tantùm competere, qui in Academiis, non & ijs qui in Gymnaſiis & trivialibus Scholis degunt, multi ſtatuunt, *vid. Horat. Lucius de privileg. Studioſ. tit. de his qui gard. privat. n. 23.* Verùm cum Imperator Fridericus in genere mentionem faciat Scholarium; & tùm cauſa finalis principalis de acquiſitione ſcientiæ ejusdem-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0032-0

demq́; fructu tùm ſecundariæ & acceſſoriæ ibidem relatæ, in Gymnaſia-
ſtis & Trivialiſtis, ut ita loquamur, æq́; locum habeant, ac præterea be-
neficia Principum, in quantum ex intentione & adductis privilegij ra-
tionibus licet, extendenda potius, quàm illiberali interpretatione re-
ſtringenda ſint. *l. 3. ff. de Conſtitution. Prin.* non dubitamus eos quoque
in participationem horum privilegiorum, perinde ac Academicos aſſu-
mere, *D. Richter. diſput. 2. pag. 18.* Nec impunè ferent, qui tales injuriâ;
vel ob debitum aut delictum alterius, damno afficiunt, ſed pœnis in d.
Authenticâ expresſis tenebuntur; Hinc & experientia quotidiana ſatis
comprobat, eos è trivialibus ad Academias migrantes, ſecurè cum rebus
ſuis venire & à vectigalibus immunes eſſe. *Confer. Hunn. ad hanc Authent.
Cap. 1. quaſt. 5.* Ad eos verò, qui illicitas & magicas artes tractant, ut &
qui in Civitate proſcriptâ literis incumbunt, privilegia d. Authent. non
pertinent, cum civitas talis pro exſtinctâ habeatur, adeoq́; nec locus, nec
Studioſus privilegium ibidem mereatur, uti exiſtimat *Matth Steph. d. c. 5.
n. 38.* æquo diſſentio; quia Civitate ob delictum proſcripta & exſtinctâ
non etiam bonarum artium ſtudia proſcripta & exſtincta cenſentur. Sed
ſi ibidem floreant, favore ſuo unà cum cultoribus deſtitui non poterunt.

IX.

Cum in Authenticâ noſtra non in genere ſaltẽ Scholarium, ſed &
Profeſſorum fiat mentio, dubitari vix poteſt, quin & ipſis pietatis Impe-
ratoriæ beneficium indultũ ſit: ijque omnibus privilegiis, quibus ſcho-
lares, ſi hoc nomine ex communi uſu *l. 7. §. 2. ff. de ſuppell. legat.* tantùm
diſcentes, accipere velimus, fruantur, idq́; ex potiori ratione, quam quæ
in ſtudioſis militat. Nec excludi à conſortio horum privilegiorum, cæ-
terarum Facultatum Profeſſores poterunt, licet divinarum atq́; ſacrarum
legum Profeſsores ſaltem ibidem exprimantur, cum id ad ſpecialem Im-
peratoris dilectionem referendum ſit, & ob particulam implicativam,
*maximè*, cœteri omninò includantur. Ita poſt *Rebuff. & Gilkenium ad Au-
thent. hanc M. Steph. d. c. 5. n. 43. D. Richt. diſſ. 2. pag. 33.* Idem dicendum
eſt de doctoribus, non Profeſsoribus, aliisq́; gradu ornatis, nec non de
Advocatis & literatis, quibus eadem dictæ Authent. privilegia compe-
tunt, modo hoc vitæ genus non prorſus deponant, & mercimoniis, vel
aliis negotiationibus, extra artes liberales indulgeant. vid. *Menoch. A.
J. Q. caſu 379. n. 12. M. Steph. de c. 5. n. 41. D. Richt. d. loc. p. 35.*

X.

Uxores & liberi Profeſsorũ, Doctorum & Scholarium; privilegiis
dictæ Authent. quoad ſecuritatem forum & Jdictionem æquè ac mariti
& Patres gaudent, ne hi alias, per latus ipſorum, damno afficiantur *§. 2.
Inſtit. de Injur.* Sicut alias privilegia Maritis & Patribus competentia,
Uxo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0033-6

Uxoribus quoq; & liberis, ſunt communia *l. 6. C. ult. de Profeſſ. & Medic. l. 2. C. de Epiſc. & Cler. l. 19. ff. de Jdict.* nec ita extenſio fit â perſonâ ad perſonam, ſed largior interpretatio Privilegij, qvæ menti concedentis non adverſatur. Viduas quoq; Profeſsorum & Doctorum, nemo à Privilegiis excludet; qui noverit eas Iuribus mariti frui, quamdiu in eo ſtatu permanent *l. fin. C. de bon. qualib.* id quod obſervantia quotidiana ſatis comprobat: De liberis, quamdiu ſtatum non mutant, idem judicium eſt *Hunn. ad d. Authent. Cap. 1. quæſt. 6.* de quo etiam inter pacta & Conventiones Academiæ, cum Senatu Oppidano proſpectum eſt *Ann. 1563. 1570. &c.* Porrò imperator Fridericus in d. Authent. nuncios Scholarium privilegio includit; Ideò ex eadem vel fortiori ratione, Tabelliones ſive Notarios Academiæ, Bidellos, famulos atq; miniſtros Scholariũ non excludimus. *vid. l. 2. C. de Episc. & Cler. l. 3. C. de Schol. M. Steph. de lib. 3. p. 2. c. 6. Hunn. ad d. Authent. C. 1. quæſt. 7. & 8.* Bibliopolas, Typographos Bibliopegas non aliter ſub dicta Authent. comprehendi dixerim, quam ſi Legibus, Conventionibus aut conſuetudine in Matriculam Academiæ legitimè recipi poſſint aut, ut alibi fieri conſuevit juramento Academiæ adſtringantur, diſsent. *M. Steph. d. c. 6. circa fin.* ſimpliciter eos admittens, quiâ operâ eorum Profeſſores & Studioſi utantur, quod mihi non ſufficiens videtur. Idem cum M. Seph. ſtatuit *Limn. l. 8. c. 10. Arum. d. diſcurſ. 33. th. 3. in fin.* Ad Parentes deniq;, fratres, ſorores ut & tutores Studioſorum, qui hos in Academiis viſitant, perinde, ut de nuntijs dictum eſt, privilegia d. Authent. extendunt *Dd. vid. M. Steph. d. lib. 3. p. 2. c. 6. n. 5.* quod de privilegio ſecuritatis & fori ſive Jdictionis conceſserim; Quâ in re Controverſia Academiæ & Senatus Lipſ. in Appellationũ Judicio Anno 1604. hoc moderamine definita fuit, quod nuntij Scholarium, aſcendentes & è latere tantùm fratres & ſorores, nec non tutores ratione Jurisdictionis privilegijs Academiæ, ſaltem ad Octiduum frui debeant: Deciſum Judicij Appellationis refert. D. Carpzov. lib. 6. Reſp. 119.

### MANTISSA.

Nobilis vel alius Magiſtratus merum Imperium habens, fuſtigationis vel relegationis pœnam Reo dictatam, in mitiorem convertere ſine cõſenſu Principis non poteſt. Ad hunc enim ejusq; Jura territorialia pertinet Jus aggratiandi; quod non tantum in totali remisſione, ſed & mitigatione pœnarum, in cauſis criminalibus conſiſtit. Magiſtratus verò eſt; ſententiam ſuper Actis latam exequi. Nec permittendum eſt inferiori Magiſtratui, mitigatione ſua in Criminalibus id efficere, ut Princeps eum qui ob flagitium Provinciâ exeſse, aut hoc vel illo modo plecti jubebatur ex conſtitutione, invitus quaſi in provincia tolerare, cogatur. Et ita multoties in Collegio Noſtro pronunciatum eſt.

*Diſsentiunt JCti Lipſienſes.*

Gratioſo Spiritu Dirigente

# Ad Authenticam Habita

Cod. Ne Fil. pro Patre.

*PERICVLVM IV.*

PRAESIDE

GOTTFRIDO SUEVO, D. & P. P.

*Reſpondente*

FABIANO CALOVIO Pruſſo.

---

I.

POſteaquam de Perſonis quibus Authenticæ noſtræ privilegia competant, viſum eſt, in præced. Peric. jam rerum ipſarum ſive privilegiorũ recenſio ſuccedit, & qvidem eorum tantùm, & eo ordine, quo in ipsá Authenticâ continentur.

Primum autem generaliter Imperator injuriam omnem à Scholaribus; toties & à viliſsimis ſæpè hominibus, uti paulò ante dixerat, obnoxiis, amoliri voluit, ne ſcil. ullus de cœtero tàm audax inveniatur, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præſumat; quâ appellatione tùm verbalis tum realis injuria intelligitur ac prohibetur. An autem pro verbali injuria habendum erit, ſi quis Scholarem vocet pauperem; Negandum fortè putaveris, ideò, quia ab ipſo Imperatore pauperes è divitibus facti nominantur Scholares. Verùm ſi animus injurandi; qui in talibus attendendus eſt, *l. ſi non convitii 5. C. de injur.* adfuerit, utique locus erit actioni injuriarũ. Eſt quidem bonæ mentis ſoror paupertas, & in Studioſis, utpote amore ſcientiæ contracta, non vituperanda, nec per ſe & ſemper injurioſum videtur hoc vocabulum: Quia tamen

*In Audit. JCtorum.*

exprobratio paupertatis, ſæpè exiſtimationem alicujus minuit, fundata eſſe poteſt actio injuriarum *argum. l. ſi Creditores 31. §. ult. ff. de reb. auctor. jud. poſſid.* Sicut in materiâ teſtimonii, teſtem ſuſpectum reddit paupertas. *l. 3. pr. ff. de teſtib.* nec ad fidejusſionem, nec ad aliam cautionem idoneus eſt, cui egeſtas objicitur, imò contemptui & deſpectui apud pleroſque exponitur, & aditus ad ſuperiora & meliora ſæpius difficilis redditur, ſecundum vulgatum illud, Pauper ubiq; jacet. Ideò hanc quaſi contumeliam actione injuriarum rectè depellet Scholaris; cui locus eſt, quando ad contumeliam, vel invidiam alicujus, aliquid dictum, ſcriptum vel factum eſt *l. 1. pr. l. 15. §. 5. & §. 27. ff. de injur. Matth. Steph. lib 3. de Jurisdict. p. 2. c. 7. n. 16. Arum. vol. 2. J. P. Diſcurſ. 33. lit. E. Hunn. ad hanc Auth. c. 2. quæſt. 14. in fin. Limn. de J. P. lib. 8. c. 9. n. 13.* Quis autem probare debebit in contumeliam ſui aliquem appellatum fuiſſe pauperem: An Actor, aut is, qui dixit probabit, vel Juramento purgationis animum injurandi ſe non habuiſſe? Veriſſima eſt illa diſtinctio: an id quod objectum eſt per ſe ſit injurioſum, an minus, quod tamen alter in contumeliam ſui prolatum interpretetur, priori caſu reus animum injuriandi abfuiſſe probabit, aut ex cauſis & circumſtantiis prægnantibus, aut, ut modò dictum, Juramento ſuo; Poſteriori verò Acto convitiandi vel injurandi animũ adfuiſſe probabit: qvod & hic Scholari, cui paupertas, res per ſe, non injurioſa, objecta eſt, ex qualitate objicientis, circumſtantiâ loci & temporis faciendum eſſe exiſtimaverim. *vid. Treutl. vol. 2. diſp. 30. th. 5. lit. b. Arum. Exerc. 17. th. 15.* & quæ dixi in *Velitat. Juſtin. 15. th. 10.* Quomodo autem in Judiciis, circa ſatisdationem, circa ſumptus vel ſportulas, Scholaribus ſæpe pauperibus ſubveniatur, & quale moderamen habendum ſit. *Vid. l. ult. C. de privileg. Scholar. Berlich. p. 1. concluſ. 20.*

II.

Cum autem, alterum injuriâ reali vel verbali afficere, prohibitum, alteriq; talia paſſo injurias illatas, legitimè vindicare permiſſum ſit, nec impunè ferat, qui injurias intulit, dubium, an Imperator in vim ſpecialis privilegii ſancire po-

tue-

tuerit aut opus habuerit, ne quis Scholarem injuriâ afficiat? Quod affirmat rectè *Matth. Steph. d. lib. 3. p. 2. tit. 8. n. 2. & ſeqq.* tum quia ſpeciali dilectione Scholares ob cauſas adjectas impulſivas complexus eſt Imperator, adeoq; id ipſum, Jure cõmuni quidem prohibitum, de non inferendis injuriis, ſpeciatim, ne pro neglecto habuiſſe videatur, exprimere voluit; unde ſignanter addit voculam; *aliquam*, ibi, ne aliquam iis injuriam inferre præſumat, id eſt, ne levem quidem & omninò nullam, tum quia modum vindicandi & puniendi tales injurias ſpecialem ſubjicit Imperator; quod ſcil. Magiſtratûs ipſe inquirere & vindicare injurias teneatur, & ſi facere id omiſerit pœnam incurrat injuriarum, etſi res ablatę fuerint in quadruplum reſtitutio fieri debeat, *ibi reſtitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum & verſic, Sciturus* &c. Privilegium autem novum dicitur quando veteri ſaltem aliquid adjectum eſt. *M. Steph. d. c. 8. n. 9. Arum. vol. 2. Diſcurſ. 33 th. 6. D. Richter diſp. 3. ad hanc Authent. p. 42.* Cæterum dum Imperator reſtitutionem rerum ablatarum omnib9 imponit in quadruplum, rectè inde colligitur ſingulos delinquentes ad eam ſolutionem teneri, nec unius præſtatione liberari alterum; cum plura delicta plures pœnas exigant. *l. 34. ff. de injur. vid. Arum. d. loc. th. 10. lit. d.*

III.

Quando porro Imperator in Authenticâ noſtra Studioſis ita proſpexit, ut tam ipſi, quam eorum nuntii, ad loca, in quibus literarum exercentur Studia, veniant, ibiq; ſecurè habitent. Rectè Dd. comm. inde colligunt, Scholaribus immunitatem à Vectigalibus, tributis & oneribus pro ſe & ſuppellectile ſua indultam eſſe, tâm in veniendo, quam in recedendo, ut pleniſſima ſecuritas intelligatur. *M. Steph. d. loc. Cubach. sentur. 3. decur. 9. quæſt. 4.* ubi ait: perverſa conſvetudo eſt, quarundam Regionum qua Patriam repetentes non niſi certis cum nummis dimittimur. Acceſſum ſi concedunt, cur non etiam receſſum *arg. l. fin. ff. de Sepulchr. viol. l. 4. ff. de Vacat. & excuſ. mun. Arum. Vol. 2. diſcurſ. 33. th. 4. lit. d.* Secure venire & habitare omnes debent, eaque ſecuritas à Principe & Magiſtra-

ſtratu, omnibus præſtanda eſt: & congruit bono & gravi Præſidi curare ut pacata atq; quieta Provincia ſit, quā regit, ideò ſollicitè agat. ut malis hominibus Provincia careat, ait JCtus *Ulp. in l. 13. ff. de Off. Præſ.* Ut itaq; verba Cōſtitutionis aliquē habeant effectum, nec prorſus otioſa ſint, illa, quam diximus interpretatio pro immunitate nim à vectigalibus, capienda erit: maximè cum ea menti Imperatoris, qui Scholarium Ordini largiter indulgere voluit & ipſe pietatis ſuæ beneficium hoc appellat, non ſit adverſaria. *Sixtin. de Regalib. c. 6. n. 109. M. Steph. d. c. 8. n. 13. & ſeq. Heinric.* Klock *de Jur. Vectigal. th 23. Hunn. ad hanc Authent. c. 2. q. 13.* Diſplicere ſibi hanc explicationem, dicit Limnęus *de J. P. lib. 8. c. 9.* Etenim, ait, ſi ſecuritas pro immunitate à prędatione Vectigalium, ut illi volunt accipi debet, omnes ea immunitate præditi erunt, cum omnibus hominibus æqualis ſit attributa ſecuritas *l. 28. §. 7. ff. de pœn.* Tutius itaq; eſſe phraſin, *ſecurè venire*; explicare, *ſine metu & periculo venire.* Reſpond. Invertendo hanc ipſam illationem. Si verba, *Securè venire*, nihil aliud important, *quam ſine metu & periculo venire*: & non ſimul illam immunitatem à Vectigalibus. quale hoc erit privilegium pietatis Imperatoriæ: habita diligenti, cum Proceribus ſacri Palatii, ex ſpeciali quadam dilectione Scholaribus tributum, cum omnes alii ſine metu & periculo venire poſsint aut debeant? Alia itaq; vis & efficacia *eſt*, vocabuli, ſecuritatis, ſi in privilegio favorabilibus perſonis tribuatur, quam, ſi alibi, & ſecundum vulgarem loquendi uſum efferatur. Alio modo, vel ex *l. 5. C. de Vectig.* ex paritate rationis cum rebus Militum, agricolarum, & naviculariorum, aut *ex l. 6. C. de Profeſſor. & Medic.* immunitatem à Vectigalibus Studioſis aſſeri poſſe. *poſt Donell. & Gilken.* putat *Limn. d. loc. n. 18.* Verum difficultate & dubio plenum id eſt, quod prolixius deducere, pagina non admittit. Confer. interim *Arum. d. diſcurſ. 33. th. 4. lit. C.*

Dubium & illud moveri hic poterat ex *l. Univerſi 5. C. de Vectigal. & Commiſſ.* in qua nullum vectigal exigi reſcribit Imperator pro his rebus, quæ ad uſum proprium, de quo vid. *l.*

203.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0038-5

203. *ff. d. V. S.* vel ad Fiſcum inferuntur. Cui non obſtat *l. ult. §. quotiens 3. & §. Divus 9. ff. eod. tit.* Loquitur enim de eo qui mancipia vel alias res uſuales non erat profeſſus; aliud autem eſt profiteri, aliud ſolvere Vectigal. Illud non eſt remiſſum, licet ipſum vectigal remittatur. *Vid. Gothofr. ad d. l. 5. lit. X.* Cum itaq; Scholares libros & alias res non niſi uſus ſui causâ aſportent & à Vectigali Jure communi exempti ſint, quid opus eſt idem ſpeciali demum privilegio illis aſſerere? Reſpōdet *Matth. Steph. d. c. 8. n. 22.* inceſſiſſe fermè illā cōſvetudinē etiā de rebus uſualibus, id eſt, uſus ſui gratiâ advectis, penſionem vectigalem ſolvi. Idem habet *Becht. de ſecuritate & ſalv. conduct. 70. Dan. Otto de J. P. C. XI. pag. m. 422. Koppen deciſ. 30. & ſeqq.* ubi rectè ſubjungit, quod forenſis, ignorans fortè hanc conſvetudinem ob non ſolutum vectigal excuſetur, nec res ejus in commiſſum cadant. Non immeritò itaq; poſteaquam illa, quam diximus, conſvetudo inolevit, pro privilegio habendum erit; quod Scholaribus hac ratione indultum eſt; quo privilegio etiam fruuntur; Illuſtres & Nobiles. *Bocer. Tract. de Regal. c. 2. n. 192.* nec non Conſiliarii Regimenti Imperii, Reichs Abſch. zu Augſpurg de Anno 1500. tit. Alle ſo in deß Reichs Regiement gehörig / quod & Jure Civili fundamentum habet. *l. omnium 6. C. de Vectigal. & Commiſ.* ubi privatæ tantum perſonæ vectigalibus ſubjiciuntur. *Koppen. deciſ. 61. n. 5. VVurmſ. Exerc. J. P. 6. th. 14. VVehner. Obſervat. Tract. verbo,* Zoll / Zollfrey.

IV.

Cum itaq; Scholares & alii à Vectigalibus immunes, tunc demum hoc privilegio gaudeant, ſi non quęſtus aut negotiandi cauſa, res ſuas transvehant *Clem. Præſenti, de Cenſib. l. 3. verſ. proindè C. de Vectig. & Commiſſ.* nec rebus ſuis alienas impactas habeant; nō video; qua ratione aſſeri à quibusdā poſſit, nō cogi eos res ſuas apud Publicanos vel Stationarios profiteri, (quorum appellationes alias *vid. ap. Klock. de Jur. vectigal. th. 46.* quibus mancupes, Datiarii, Gabellarii. Zöllner / Mauttner &c. & ſchedulam immunitatis, Freyzettel / Paßbrieff / ab iisdem accipere. *Hunn. ad hanc Authent. c. 2. quæſt. 13.* Diver-

ſa ſunt, ut modò dictum, vectigal ſolvere, & res ſuas in loco vectigali profiteri. A ſolutione qui immunis, non mox à profeſſione immunis eſt. Nec ab hâc Studioſi, aliiq; ſimiliter privilegiati, ullibi reperiuntur exempti; reclamat etiam obſervantia totius Imperii, Et quomodò aliàs fraudibus privilegii circa res lucri aut quæſtus causâ, vel alienas transvectas obviari poterit? Ita poſt Bartholum; Köppen, Roſenthalium ſtatuit *Matth. Steph. d. c. 8. n. 16. Quirin. Kubach. Centur. 3. Decur. 9. quæſt. 4. VVehner. d. loc. verbo* Zoll / Zollfrey. *Dan. Otto, de J. P. c. XI. p. 421. Beſold. de Stud. Magiſt. p. 45.* ubi privilegium Acad. Tubing. quoad vectigalia refert. Quod ſi res alienas pro ſuis illicitè venditarit Studioſus, hæ quidem ob defraudatum vectigal in commiſſum cadent, non autem res propriæ, ut voluerunt quidam ex *l. Cotem 11. §. 2. ff. de Publican. & Vectig.* Pœna enim ultra delictum extendi non debet, ſed eidem commenſuranda eſt. Deliquit autem in eo ſaltem Studioſus, quod res alienas vectigali obnoxias, ſuis adjecit. Ergò illæ tantùm publicationi ſubjacebunt, *Rebuff. privil. 141. Gilken. ad Auth. Hanc. n. 44. Limn. d. c. 8. n. 18. Dictam. l. 11. §. 2.* in quâ navis qvoque Fiſco vindicatur, ſi Dominus navis vel vectores illicitè aliquid impoſuerint, Communiter Dd. de iis rebus accipiunt, quas ſub pœna capitis imponi aut transferri erat prohitum; Ideò ad noſtrum hunc caſum applicari id non poteſt; *Matth. Steph. d. c. 8. n. 17. & ſeqq.* Quod autem ſententiam noſtram, de rebus Studioſi, non publicandis, ob res alienas ex illa l. 11. §. 2. probari putat. *Hunn. d. c. 2. quæſt. 13.* in eo ipſi adſtipulari non poſſum: Loquitur enim ibidem JCtus de tali caſu, ſi ſcil. abſente Domino navis res illicitæ impoſitæ fuerint; ubi omninò æqvum eſt, navem Domino reſtitui, cum nihil ipſi utpote ignoranti imputari poſſit. Studioſo autem res alienas unà cum ſuis ſcienter transferenti culpa imputari poteſt. Ideò non textus ille, ſed ſolus literariæ ſuppellectilis favor eam à commiſſo præſtabit immunem. Id verò dubio ferme caret res alienas ad transferendam ſuppellectilem Studioſi neceſſarias, veluti ſaccum avenâ plenum pro jumentis, in commiſſum non cadere.

V. Pœna

V.

Pœna non ſolventis vectigal, de Jure civili eſt publicatio ſive amiſſio rerum vectigali ſubjectarum. *l. ult. §. Divi ff. de publican, & Vectigal.* Ex veteri diſpoſitione Juris Sax. inter telonium pontium & aquarum & inter telonium forenſe: Brücken-oder Waſſer-und Marckzoll diſtingvitur, in textu Landtr. *lib. 2. art. 27.* ob prius telonium non ſolutum, pœna quadrupli, ad Exemplum forſan, manifeſti furti *§. 5. Inſtit. de Oblig. quæ ex del. naſc.* ob poſterius triginta ſolidorum pœna ſive mulcta ſolvitur. Wer Brücken-oder Waſſer Zoll entführet / der ſol ihn vierfältig gelten / wer aber Marckt Zoll entführet / der ſoll dreiſſig Schilling zur Buſſe geben. *Vid. Coler. Part. 1. deciſ. 190.* Hodie Jur Sax. pœna fraudantium vectigal. eſt arbitraria, carcer nimirum vel mulcta, *vid. D. Carpzov. p. 4. Conſtit. 41. defin. ult.* ubi veterem illam Juris Saxonici diſpoſitionem de quadruplo & 30. ſolidis, ad eos, qui ex ignorantiâ vel negligentiâ vectigal non ſolvunt, reſtringi ait. Studioſos quoq; vel alios oneri Vectigalium non Subjectos ob res transvectas nullaque profesſione factâ, aut ſchedulâ â publicanis acceptâ à periculo amiſſionis vel confiſcationis; quoad res proprias, immunes eſſe; & leviore ſaltem mulctâ, pro qualitate tamen facti, ex arbitrio Judicis, teneri dixerim: dum modo certum ſit res illas, Scholarium vel aliorum in hoc genere privilegiatorum proprias fuiſſe: de quo ſi, factâ requiſitione, (quæ nec ſcrupuloſè nimis, nec ad remorandos eos fieri debet & cui per literas Teſtimoniales Rectoris, Studioſi ſubducere ſe poſſunt. *Vid. Limn. de J. P. lib. 8. c. 9. n. 18.*) conſtiterit, non eſt, ut ex publicatione omnium rerum, Fiſcus, ad quem propter earum immunitatem, aliàs nihil pervenire poterat, cum damno illorum ingenti, lucrum capiat.

VI.

Res alias à Vectigalium onere non liberas, non ſoluto vectigali in commiſſum cadere, manifeſti Juris eſt, & experientiâ comprobatum. Id verò quæritur, an ipſo Jure publicentur, an demum per ſententiam declaratoriam: Ipſo Jure publicari textu ſatis evidenti probatur *in l. commiſſa 14. ff. de publican.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0041-0

*blican.* & *vectigal.* ibi, *quòd commiſſum eſt, ſtatim deſinit eſſe ejus, qui crimen contraxit, dominiumq́ rei, vectigali acquiritur,* ad poſſeſſionem autem auferendam, quæ plus facti, quàm Juris habet, *l. deniq́ ff. Ex quib. cauſ. major.* ſententiâ declaratoriâ opus eſſe, communis Doctorum diſtinctio eſt *Gail. lib. 2. obſerv. 51. n. 5. Mynſing. centur. 5. obſerv. 29. n. 7. Dan: Otto. d. c. 11. p. 421.* & alii plures allegati à *VVurmſero d. Exerc. 6. theſ. 16.* ubi tamen, de generali conſvetudine poſſesſionem quoq; rerum, ob non ſolutum vectigal commiſſarum; à Fiſco propriâ autoritate apprehendi *ex Hartmanno, Sixtino, Koppen & Klockio utroq́* tradit. Fit interdum, ut ſocius rem communem aut auriga nauclerus, famulus, rem alterius transvehens, vectigal non ſolvat; ubi, an Socii quoq; innocentis pars, & res ſive merces Domini in commiſſum cadant, quæritur. Utrũq; affirmat *P. Frid. Mindan.* de *Mandat. lib. 2. c. 43. n. 8.* Utrumq; negandum eſſe exiſtimamus, tùm ob textum in l. fraudati 8. *§. 1. & l. cotem. 11. §. Dominus 2. l. ult. §. magnus 11. ff. de publican. & vectig.* tum ob rationem & regulam in *l. 22. C. de pœn.* quod autores ſuos pœnæ tenere debeant. Et quanquàm alias contumacia Procuratoris Domino noceat. *l. 23. in fin. ff. de minor.* Id tamen in Procuratore judiciali tantùm procedit, & quidem ideò, ut lites abbrevientur, non in extra judiciali ad negotia conſtituto; nec in iis, quæ magni ſunt præjudicii, uti Dd. communiter limitant. Mindani & aliorum diſſentientium argumenta reſolvit. *Bocer. de Regal. lib. c. 2. n. 210. & ſeqq.* Socii itaque tantùm pars & Vectorum res propriæ, non pars ſocii innocentis, aut Dominorum per alios transvectæ merces publicabuntur; niſi fortaſsè ſocius aut Domini conſcii fuerint, vectigalis doloſè fraudandi vel fraudati. *Vid. VVurmſer. d. Exerc. 6. theſ. 17. & ſeq.*

VII.

Monet hæc ipſa Vectigalium materia, ex Jure Publico disquirere, An Electores, Principes & Status Imperii in territoriis ſuis nova vectigalia erigere vel augere vetera poſſint? Quod negatur. *vid. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. claſ. 2. c. 2. n. 138. VVurmſ. d. Exerc. 6. th. 13. & alii* ibid. allegati. Quamvis enim in

ditio-

ditionibus ac territoriis ſuis tantùm poſſint, quantum Imperator in Imperio; prætereaq; collectas extraordinarias ſubditis ſuis imponere queant; Prius tamen effectum ſuum ſaltem ad ea, quæ Principibus conceſſa ſunt extendit; quâ in claſſe, nullibi reperitur, nova vectigalia erigendi vel vetera augendi poteſtas adde R. Abſchied. de Anno 1576. §. Weiters ſind wir; quoad poſterius diverſa utriusq; ratio eſt: per Collectas Subditi Statuum tantum, per nova Vectigalia aut aucta vetera forēſes etiā & Subditi toti⁹ Imperii onerātur, & ob multiplicata vectigalia merciū mādata ſine clauſulâ in Camera Imperiali emiſſa fuiſſe ex aliis refert. *VVurmſer. d. Exerc. 6. theſ. 13.* Et in hanc ſententiam ab Anteceſſoribus Collegii Jurid. Witteb. pronunciatum eſt, Statum Imperii ſine conſenſu Imperatoris & Electorum nova Vectigalia erigere non poſſe; ad Conſultationem deß Gräffl. Amptmans zu Newburg am Walde/ M. Febr. A 1634. Dennoch aber und dieweil in den Reichs Abſchieden außtrücklichen verbothen/ daß kein Stand deß Reichs ohne Käyß. Majeſt. Conſens und einwilligung des Reichs Churfürſten für ſich ſelbſt mit eigener that zu Waſſer und zu Lande neuen Zoll anſtellen ſolle. Als ſeind die Herren Graffen / ſolches neuen Zolls anordnung ſich mit Recht zu entbrechen wolbefugt; und wieder ihren willen dißfalß etwas einzureumen unverbunden V. R. W.

VIII.

Ulterius vult Imperator, ut Scholares ad loca in quibus literarum exercentur ſtudia, tam ipſi, quam eorum nuntii veniant, non tantum, ſed & in eis ſecurè habitent; quod ipſum quidem ſpeciale privilegium involvere non videtur, cum ſecurè & absq; moleſtiâ habitare quilibet debeat, & domus cuique ſua (qualem accipimus ſivè locata ſive conducta ſit §. 5. *Inſt de injur.*) tutiſſimum refugium eſſe debeat. *l. 18. ff. de Jus voc.* Verùm & tempore Conſtituentis Friderici I. & hodie hæc quoq; verba privilegium continent, quod altius ex hiſtoria Romana repetit *Kubach. cent. 3. Decur. 9. quæſt. 2.* & olim in Italiâ, maximè verò Romæ Studioſis non licuiſſe, ſine Reſcripto Principis vivere, aut inde diſcedere iterum, ideò in locis Academiarum, peregrinos à quibus injurias & damna metuebant


bant

bant cives, non receptos fuiſſe ait, quod ex Caſſiodoro & Bodino probat. Hodiè autem Studioſos, abſq; Reſcripto Principali Academias adire, & inde redire liberrimè poſſe; adeoque jam olim verba illa inſigne privilegium induxiſſe. Hodie etiam conceſſa illa ſecura habitatio, immunitatem à penſionibus aut gabellis, pro ſuppellectile importatâ, pro hoſpitio aut aliis forte ſolvenda, ut & circa Muſæa & habitationes conductas ſingularia quædam operatur.

IX.

Circa Conductiones Muſæorum plura cumulant Doctores, Rebuffus. Horat. Lucius & alii, quibus præ aliis gaudeant Studioſi. Nos pauca delibabimus, quæ fundamento ratione & æquitate non deſtituuntur. Qualia ſunt; ut Cives Muſæa vel habitationes aliàs locari ſolitas, Scholaribus ſub certa penſione præ aliis locent, contra Jus Commune in *l. 7. l. 10. C. de Locat.* niſi juſtam renuendi cauſam habeant, *vid. Beſold. in Diſsert. de Studioſ. Magiſtris &c. pag. 47.* ubi ex privilegiis Acad. Tubingenſis refert. Wo auch Magiſter oder Studenten erfinden ein Hauß/ daß der eigen Haußwirth/deß das Hauß iſt/ nicht wil ſelber nutzen oder die ſeinen/ mögen dieſelben Magiſter oder Studenten alſo laſſen ſchätzen/und darein ziehen &c. ſcil. ut pẽſionem definitam ſolvant pro more loci, ut æquiſſimum locarium exigant Locatores, aut expectent à Magiſtratu competente moderationem, ut remittatur pro ratâ penſio, ſi ante locationem finitam recedere cogatur Studioſus, ob peſtem ingruentem, ob ſpectra, vel aliam juſtam cauſam. *Vid. Gail. lib. 2. obſerv. 23. n. 6. & ſeq. Limn. d. c. 8. n. 21. & ſeqq.* quæ & alia ex veteribus Doctoribus nimio interdum favore in cognatum ordinem congeſtâ huc non tranſcribimus. Videantur *Rebuff. Lucius, Kubach. Centur. 3. Decur. 9. quæſt. 1. D. Richter ad hanc Authent. diſp. 3. pag. 51. & ſeqq.* ubi & illud à Dd. vulgo aſſertum privilegium, an Studioſus ante finitum tempus locationis, Muſęum vel habitationem conductam, Locatori vel ejus heredibus, ſi propriis uſibus eam neceſſariam eſſe probaverint domo expelli poſſit, eamque iis cedere cogatur, examinat, & in affirmativam rectè deſcendit cum *Harprechtò ad §. ult. inſtit.*

*ſtit. de Locat. Conduct.* ob generalitatem *text. in l. 3. C. de Locat.*, in quam ſententiam contra Studioſum in Scabinatu Jenenſi pronunciatum refert *Virgil. Pingitz. Deciſ. 10.* Aliud eſt ſi Locator beneficio *d. l. 3.* renunciaverit, tunc enim conventioni & Legi, quam dixerant contrahentes, ſtandum erit *l. ult. C. de pact.*

X.

Id deniq; ut Periculi hujus quarti tractationem finiamus, in Diſquiſitionem breviter vocamus, an Libri Studioſorum, Locatori pro penſione tacite ſint obligati; Quod affirmamus ob generalitatem Regulæ in *l. 5. C. de Locat. l. 5. l. ult. C. in quib. cauſ. pign. tac. contrah. l. 3. ff. eod. l. 4. ff. de pact. §. 7. Inſt. de actionib.* Quanquam enim Studioſorum & Scholarium in Jure favor ſit inſigns, quem attendentes, multi Doctorum in negativam deſcenderunt, quos ſequitur, *Matth. Steph. lib. 3. p. 2. c. 10. n. 41.* libri tamen eorum hoc caſu à Regulâ non excipiuntur, nec eo extendendus eſt favor, ut alter inde damnum ſentiat, quod hic fieret, ſi Locator, qui tributa, cenſus aliaq; onera ædibus impoſita ſuſtinet, libros pro penſione tacitè obligatos non haberet. Ideò nihil frequentius hodiè eſt, quam areſtum librorum ob non ſolutam penſionem à Locatore peti & à Magiſtratu concedi; vid. *Matth. Coler. de Proceß. Exec. p. 3. n. 148.* Quod ſi ex aliis rebus, Locatori ſatisfieri poſſit: libros perinde, ut arma militum & inſtrumenta neceſſaria ab Areſto immunes pronunciabimus *arg. l. 6. & ſeq. ff. de pignor. & hypoth. l. 1. C. quæ res pign. Harpr. ad §. ult. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. Hunn. ad hanc Authent. c. 2. quæſt. 12. Kubach. centur. 3. decur. 9. quæſt. 3. D. Carpzov. p. 2. Conſt. 25. defin. 20. D. Richter. d. diſp. 3. p. 57. & ſeq.* Huc pertinet, caput quartum, juramenti ab inſcriptis præſtãdi, in quo jurant Studioſi hujus Academiæ, *Ex Areſto, ſi quod Rector mihi denunciaverit: neq; ipſe diſcedam, neq; res meas amovebo.* & Cap. 24. Legum Academ. *Si ſuppellectilem cujusdam, Creditor Areſto detineat, nec debitor intra anni ſpatium ſatisfaciat, diſtrahere eam & vendere, Creditori licitum eſto.*

Man-

# MANTISSA.

NOn computantur in portionem filio debitam, quæ Pater Studiorũ cauſâ peregrè agenti ſubminiſtravit, niſi credẽdi animo miſiſſe fuerit comprobatus *l. quæ pater 50. ff. fam. herciſc.* qui animus credendi non ex eo probatur; quando Pater ſumptus illos in librum rationum conſignavit. Id enim fecit, ut acceptorum & expenſorum notitiam accuratam haberet, non ut pecuniam illam, quaſi creditam filio, & conferri ab eo in communem hereditatem velit: Comprobatus debet eſſe animus patris, dicit JCtus *in d. l. 50.* id eſt, evidentiſſimè de eo conſtare & cumulatis quaſi probationibus; quod innuit vocula *cum:* qualem evidentiam non efficit illa conſignatio, eaq; præſumptio nimis debilis eſt, in tam favorabili Studiorum cauſâ. Idem exiſtimamus, ſi Pater, non in libro rationum vel diurnali, ſed peculiari chartâ ſumptus filio ſubminiſtratos añotaverit: Nã nec inde cõprobatur animus Patris, voluiſſe creditam, voluiſſe conferri illam pecuniam, conſignavit pater ut ſciat, quantum præſtiterit filio, aut quid præſtare porrò, vel facultates vel cœterorum liberorum conditio permittat, aut ut ex causâ juſtâ ſuperveniente, collationem adhuc mandare poſſit: quod ſi non faciat, ab onere conferendi, filium immunem pronunciamus.

Diſſentiunt, quoad poſterius JCti Lipſienſes.

Gratioſo Spiritu Dirigente

# Ad Authenticam Habita

Cod. Ne Fil. pro Patre.

*PERICULUM V.*

PRAESIDE

GOTTFRIDO SUEVO, D. & P. P.

*Reſpondente*

DIETERICO COCHIO. Mecklenburgenſi. In Audit. JCtorum.

I.

CUm inter alia Studioſis & Scholaribus gratioſiſſimè
indulta Imperator porrò conſtituit: *Ne ob alterius cu-
juscunq; Provinciæ delictum ſive debitum aliquod damnū
eis inferatur*; Repreſſalias in perſonâ & rebus ipſorum
prohiberi, rectè ſentiunt Dd. & Interpp. ad hanc Authent.
deq; iis tractationem inſtituunt. Originem earum alii ad Græ-
corum ἀνδρολειψίαν, alii ad clarigationem referunt; In illâ, ſi
homicida, qui in urbem externam profugerat, poſtulatus à
gentilibus & cognatis, aut iis, quorum intererat, non dede-
retur; pignorandi poteſtas dabatur. In hac fiebat, clarâ vo-
ce, ſolennis denunciatio & repetitio rerum per Feciales: De
priori vid. *Gail. de pignorat. c. 2. n. 7. Heig. p. 1. quæſt. 12. Matth.
Steph. de Jdict. lib. 3. p. 2. c. 9.* qui omnes jam tùm in LL. Draconis
& Solonis Androlepſiæ mentionem factam, ut & ex Demoſthe-
ne; in Oratione contra Ariſtocratem, verba legis illius Athe-
nienſium referunt: Et addit *Heig. d. loc. n. 9.* prehenſionem illā,
civium, apud quos latitabat reus cædis; privato quoq; per-
miſſam fuiſſe, ſic tamen, ut tres ſaltem prehendendi poteſtas
eſſet, & quidem, non puniendi, ſed detinendi cauſa. De po-

poſteriori; Latinorum nimirum clarigatione. Videri poſſunt, *Livius lib. 8. Decad. 1. Cælius Rhodig. antiq. Lection. lib. 5. c. 11.* quæq́; ex iis referunt. Heig. *d. loc. n. 10. & ſeqq.* ubi rectè addit. Repreſſalias, quandam cum clarigatione ſimilitudinē habuiſſe, non verò eandem utrobiq; rationem ſubeſſe, cum clarigatio magis ad publicam belli denunciationem, quā privatam vindictam, in Repreſſaliis intervenientem reſpiciat, in quibus nulla talis ſolennis Fecialium denunciatio, & clarâ voce, repetio rerum fiat, quæ eadem verba ex Heigio refert *Matth. Steph. d. c 9. n. 6.* Affinitas tamen & ſimilitudo Clarigationis & Repreſſaliarum in eo eſt, quia ut Clarigare eſt indicere bellum: ita conceſſis Repreſſaliis pugna quodammodo oblata videtur. *Gail. de pignorat. obſ. 2. n. 8.* Pignorationes quoq́; certo reſpectu dici poſſunt Repreſſaliæ, unde utrumq; hoc verbum promiſcuè uſurpatur in Jure. *Nov. 52. c. 1. & in c. un. de Injur. in. 6.* Diſcrimen tamen utriusq́; retinendum, neq́; cum Repræſſaliis confundendæ ſunt Pignorationes, de quibus in Ordinat. *Cam. p. 2. tit. 21. & ſeq.* aliisq́; Imperii Conſtitutionibus agitur, de quarum differentia mox aliquid ſubjungemus. Nomen ipſum Repreſſaliarum variè deducunt Autores, vel à repræſentando, quod illi, qui ob denegatam juſtitiam cum rebus ſuis detinentur, illos quaſi repræſentent, qui debitum noſtris civibus non exſolverunt, aut Implorati, Juſtitiam, ad conſequendum illud, denegarunt; vel ab Italico Preſa, quod capturam denotat, vel à reprimendo, quia per repræſſalias, alios ad Juſtitiā urgeamus; aut ob eā denegatam reprimamus, quas derivatione ex Colero, Cujac. Gailio, Mindano & aliis congeſſit *Kubach. Centur. 3. Dec. 2. q. 1.* ubi rectè addit, Etymologias has non eſſe admodum abſurdas, ſi rem ipſam reſpicias, ſi verò vocis & rei originem, pro grammaticâ derivatione eas haberi non poſſe, cum verbum ipſum Repræſſaliæ ſive Præſaliæ, aut Præſſaliæ ſit barbarum; in vera autem derivatione, derivatum & derivativum, ſive ſimplex & compoſitum ejusdem debeant eſſe originis. Illam verò Damhouderi deductionem, Repræſſaliarum à reprædando in *prax. crim. c. 98. n. 1.* rectè rejicit cum Mindano *d. loc,* quia in prædationes

& rapinas degenerare non debent Repræſſaliæ, uti poſt paulò videbimus; Galli Repræſſalias Jus Marguæ appellant, id eſt, Marchæ, quia in limitibus potiſſimum exerceatur. Cujac. *in l. un. C. ut nullus ex vican. lib. 11.*

II.

Pignorationes ex Conſtitutione & uſu Imperii noſtri ſunt, quando Status aliquis vel Nobilis Imperio immediatè ſubjectus, Status vel Nobilis alterius ſubditos, aut res eorum mobiles, ob Jdictionem contentioſam, vel poſseſsionem alicuj⁹ juris, eò loci, ubi pignoratio fit, prætenſi, pignori capit, ut ita unus pro alio, vel res unius pro re alterius, adeoq; unus pro alio quoad perſonam & res gravetur. Vid. Ordinat. *Cam. Imper. part. 2. tit. 22. c. un. de Injur. in 6. Gail. de pignorat. obſerv. 1. n. 3.* Unde facili negotio conſtare poteſt, in quibus differant pignorationes à Repreſſaliis. Illæ fiunt ex turbatione in re vel Jure, cujus poſſeſsionem vel quaſi, nobis aſſerimus; Hæ verò ex denegata juſtitiâ contra Subditos Principis ac Domini, juſtitiam denegantis. Jllæ fiunt in perſonâ aut rebus illius, qui nobiſcum contraxit vel contra nos deliquit; hæ non tantùm in perſonâ ejus, qui nobis obligatus eſt, ſed cujuscunq; Subditi, illius Domini, qui juſtitiam nobis denegavit, Illæ fiunt, autoritate propriâ ejus, qui in tuendo jure ſuo fundatum ſe eſſe exiſtimat, non adito aut implorato Judice. *Ordin. Cam. d. p. 2. c. 21. & ſeq.* In his verò; ut Judex appelletur, opus eſt, qui, ubi ſummariè, tùm de Jure Creditoris & denegatâ Juſtitiâ, cujus utriusq; fidem facere debet Creditor, Repreſſalias exercēdi poteſtatem concedit. *Vid. Coler. de Proc. Exec. c. 2. n. 298. & ſeq. Gail. de pignorat. obſerv. 1. n. 5. Matth. Steph. d. lib. 3. part. 2. c. 9. n. 15. & ſeqq.* De requiſitis & proceſſu pignorationis in causâ mandatorum vel citationis; de Exceptionibus, contra Mandata & Paritionem. De reſtitutione rei pignoratæ extantis, aut æſtimatione peremptæ & aliis plenè agit. *Gail. d. lib. de pignorat.* Noſtri enim inſtituti eſt, non de pignorationibus, ſed tantùm de Repreſſaliis hic quædam ſubjicere.

III.

Repræſſalia itaq; vel Repræſſaliæ aut Preſſaliæ ſunt poteſtas

ſtas impignorandi, data Creditori pro injuriis & damnis cõtra quemlibet de terrâ debitoris. *c. etſi pignorationes un. de Injur. & damn. dat. in 6. Mynſing. cent. 6. obſerv. 1.* cui deſcriptioni addi poteſt, quod ſit poteſtas &c. contra quemlibet de terrâ debitoris ad prehendendum perſonas vel res. aut brevius, quod ſint liberorum hominum, eorundemvè rerum vel bonorum, pro alterius debito vel delicto oppignorationes vel detentiones *Arum. vol. 2. J. P. diſcurſ. 33. th. 7. lit. a.* Nam ad utrumque dantur repreſſaliæ; ſimpliciter tamen conceſſæ, ad res & bona potius, quàm ad perſonas detinendas intelliguntur. *Heig. q. 12. n. 63.* De Juſtitiâ & æquitate Repreſſaliarum & olim & hodie diſceptatum eſt. Vid. *Hunn. ad hanc Authent. c. 2. quæſt. XI.* Et quanquam iniqvum videatur unum pro alio, rem unius pro re alterius apprehendi & detineri; iniqvũ etiam alterum qui ſcil. Repreſſalias exercet, cum alterius innocentis damno locupletari; & quaſi pugnæ ſpecies ſit, in Repreſſaliis, dum innocentes, pro nocentibus apprehendũtur: attamen ſicut nec Juri divino adverſatur, interdum alterum pati aliquid pro altero, & peccata parentum interdum puniuntur in liberis, ſi ſcil. & hi peccata illorum imitentur: Ita in noſtro caſu, quando Magiſtratus legitimè imploratus, ab extraneo, adverſus Subditum ſuum, qui illi ex contractu vel delicto obligatus erat, juſtitiam adminiſtrare recuſavit, licet is, qui, pro debito vel delicto concivis capitur aut cujus res apprehenduntur, ratione debiti illius aut delicti ſit innocens, ratione tamen denegatæ Juſtitiæ, haud innocens, ſed in culpâ eſt: dum talem Magiſtratum, cum cœteris elegit, cujus factũ, tacitâ quadam obligatione communitas imò ſinguli præſtare tenentur *l. nulli 3. ff. quod cujusq; univerſit. nom.* Factũ enim præpoſitorum habetur pro facto ſingulorum *c. qui fecit per alium 72. de Rege Jur. in 6. adde C. Dominus noſter verſ. ſi qua gens, 23. quæſt. 2.* Singuli itaq; Cives, cũ cauſa ſint denegatæ juſtitiæ & dum factum hoc Magiſtratus approbant, nec ut Juſtitia fiat extraneo, eundem debito modo requirunt, in culpâ perſiſtunt; & ex hac per repreſſalias, damnum ſentiunt, quod ſibi proinde non aliis debent imputare *l. 203. ff. de Reg. Jur. c. 86. de*

*Reg. Jur. in 6.* Neq; ſentiunt etiam perpetuò damnum ita repreſſaliati, ſed aut res ablatas recipiunt, ſi ſcil. extraneo ſatisfactum fuerit, (quem in finem res per repreſſalias captæ vel Judici offerri & legitimè conſignari debent. *Heig. d. quæſt. 12. n. 62.*) aut ſi Magiſtratus ſemper Juſtitiam recuſet, actionem habent ad refarciendum damnum adverſus concivem Reum Principalem, ex cujus debito aut delicto Repreſſalias paſsi erant. Imò & adverſus Magiſtratum, qui omni religione poſthabitâ Juſtitiam denegavit, *vid. Mindan. de Proceſſ. lib. 1. c. 50. pr. Heig. d. quæſt. 12. n. 64. Mynſing. cent. 5. obſ. 1. n. 10. Kubach. cent. 3. dec. 2. quæſt. 1. D. Richter diſp. 4. ad hanc Authent. p. 64. Limn. de J. P. lib. 8. c 8. n. 25. Arum. d. diſc. 33. th. 7. lit. c.* ubi addit, hanc opinionem conſvetudine quidem receptam, vix tamen à Jure ſcripto probatam puto: Verum probabimus in diſcurſu fortè, nec eo Jure ſemper damnari repræſſalias.

IV.

Non quidem ſemper licitas eſſe dicimus Repreſſalias, ſed tamen (quæ verba Heigii *ſunt d. q. 12. n. 25.*) nec ex toto eas repudiamus, nec duelli omnem rationem & uſum tollimus, ſed utramq; vindictæ ſpeciem, intra belli juſti fines & limites coercemus. Sicut ergo in bello tum cauſa requiritur tùm legitimus indicendi modus. Sic, idem in Repreſſaliis ut obſervetur, neceſſe eſt. Cauſa ſit, non modica aut levis injuria, vel læſio ſed notabilis, enormis prorſus & tale damnum, qvod per conſequens in publicum emergat; ſit cauſa legitima, non diſputabilis, non dubia ſit, debitum aut factum liquidiſſimum, cujus legitima vindicatio non omitti, nec tamen debitor ullo Jure, abſolvi poterat; Vindicanti verò, poſt plurimas admonitiones, preces, requiſitiones ulla Juſtitia adminiſtrata nec adminiſtrandæ ſpes fuit, ita ut diligentisſime tentatis omnibus nec à primo Magiſtratu, nec ab ejus ſuperiore Juſtitia impetrari potuerit, ac nullum aliud remedium obtinendo Juri, ſupereſſe potuerit, quam in Repræſſaliis. *Coler. de P. E. p. 1. c. 2. n. 271. Mynſing. cent. 6. obſerv. 1. Heig. d. loc. n. 35. 52. & 58. Kubach. d. loc. quæſt. 4.* poſt *Guid. Papæ. Mindan. Dãhouder. & alios ibid. allegatos.* Cauſæ juſtæ & ſufficientes ubi ſub-

 ſunt,

ſunt, quas Creditor, non juramento ſuo, ſed plenius, per Inſtrumentum publicum aut teſtes, imprimis ſe requiſiviſſe Judicem omnem qui adiri potuit, juſtitiam tamen ipſi denegatam fuiſſe probare debet. *adde text.* Landr. *lib.2.art. 22.& gloſſ. ibid.*; nemo tamen Repreſſalias propria autoritare ſuſcipiat, ſed impetret ab iis, neceſſe eſt qui concedendi eas poteſtatem habet. Quis autem ille? Reſpond. Qui & bellum indicere poteſt, cum Repræſſaliæ ſint ſpecies belli. *Mynſing. cent. 6. obſerv. 1.* De Jure itaq;, in Imperio Romano, non niſi ab Imperatore conſenſu Electorum & Satuum Repræſſaliæ impetrari poterunt: Moribus tamen & conſvetudine, Electores & Status, aliiq; Magiſtratus liberam Reip. adminiſtrationem habentes, Repreſſalias concedunt. vid. *Mindan. lib. 1. de Proceſſ. c.49.membr.3.Kubach.d.decur.2.quæſt.2.* Id quoq; ad legitimationem Repreſſaliariarum pertinet, ut petantur & concedantur contra exteros ſaltèm, Jdictioni Romani Imperii non ſubjectos, quorum Rex, Princeps aut Dominus juſtitiam adminiſtrare legitimè imploranti recuſat, vel ubi ut modo dictum remedium unicum pro obtinendo civium noſtrorum Jure, Repreſſaliæ nimirum adverſus extraneorum Convicaneos reſtat. In Imperio noſtro, cum Juſtitia ab inferiore Statu fortè denegata; per recurſum ad ſupremum Judicium, ſemper adminiſtrari poſſit, & ſic ceſſet cauſâ Repreſſaliarum: ſcil. omnimoda Juſtitiæ denegatio, etiam ipſas Repreſſalias inter Subditos Imperii ceſſare dicendum eſt, ne ad extraordinarium & quidem violentum quodammodo Remedium devenlatur, quamdiu ordinario locus eſſe poteſt. vid. *Nov.52. c. 1.l. un.C.ut nullus ex Vican.Ordin.Cam.p.2.tit. 26.* R. Abſch. *de Anno 1530.§.* Wann auch. Interdum tamen inter Subditos Imperii Romani de conſvetudine Repreſſalias concedi, tradit *Mindan.d.c.49.membr.5.Kubach.d.Dec.2.quaſt.3.*

V.

Cum itaque uſus Repreſſaliarum quondam, & quidem promiscuè, ſine differentia perſonarum frequentatus fuerit, Imperator Fridericus Scholares ab iis immunes præſtare voluit, (quod & Pontifex Gregorius X. Clericis indulſit *in c. un.*

*de*

*de Injur. in 6.)* idq́; privilegium ad nuntios etiam Studioſorũ, Parentes ac fratres, qui hos in Academiis viſitant extendi jure poteſt. *Rebuff. privil. 150.* Ad Profeſſores verò idem privilegium ſive Exemptionem à Repreſſaliis pertinere, non tàm per interpretationem extenſivam fit, quam ex verbis ipſius Authenticæ, quæ Profeſſorum facit mentionem. Doctores tamen cœterosq́; graduatos, ut & Advocatos ab eodem privilegio non excludimus. Id hic addimus, dum Imperator perverſam conſvetudinem appellat, minus rectè allegari à quibusdam hæc verba in eum ſenſum, quaſi repreſſaliæ per ſe & ſemper ſint perverſæ ac prohibitæ, quas tamen, nec ſimpliciter permiſſas, nec ſimpliciter damnandas eſſe in præced. diximus, ſed perverſam conſvetudinem vocat Imperator quatenus Repræſſaliæ de facto in Scholares exerceri, ſæpius contingit. *Matth. Steph. d. c. 9. n. 12.*

VI.

Preter eas, quas Scholaribus, Profeſſoribus, aliisq́; gradu ornatis circa Vectigalia & Repreſſalias, in præcedentibus immunitates couceſſas eſſe diximus; nec illud circa ædes & habitationes ſuas decantatisſimum privilegium omittẽdum eſt, quo vicinum vel mechanicum, fabrum ferrarium, vel lignarium, vietorem, aut alios, qui ſtrepitu ſuo nocte dieqne curas liberales interturbant: aut fœtore, quem opificio exercendo adhibet, gravis eſt. expellere è vicinia Judicis autoritate poſſunt: Securè enim (ut loquitur Imperator in Authenticâ noſtrâ) habitare debent, id eſt, non tantum absq́; injuriâ, verum etiam absq́; moleſtiâ, quæ à talibus opificibus eltra animum quidem, ipſis infertur. Prviata enim utilitas, quâ tales opifices ſtrepiferi aut ſordidi opificii fœtore graves, ſæpè cum incommodo ſuo, migrare è viciniâ coguntur, publicæ utilitati, quæ per literas, quiete & absq́; tali moleſtiâ tractandas, magis promovetur, cedere debet; Id tamen ita demum procedit, Si Doctores; prius in illo loco habitarint, tunc enim tales opifices prohibentur, aut non acquirere ibidem habitationem, aut acquiſitam dimittere. Quod ſi opifex iſte prius ibi habitaverit, aut talium opificum habitatio-

ni

ni platea illa pro more civitatis aſſignata ſit: Doctor, quaſi præventus, veterem incolam expellere non poterit. Vid. *Menoch. A. J. Q. lib. 2. Cent. 3. Caſ. 137. n. 7. Coler. de P. E. p. 1. c. 4. n. 8.* ubi idem ſe practicaſſe & vietorem in viciniam, ſe ingerentem autoritate Magiſtratus ad dimittendam priorem, & aliam habitationem quærendam adactum fuiſſe ait. adde *Limn. de J. Publ. l. 8. c. 3. n. 32. & ſeqq.* Nec ſaltē ad Profeſſores, Doctores, Advocatos &c. in Academiis degentes privilegium hoc reſtringendum, ſed ad eos quoq; qui extra Academias, literis invigilāt, libros conſcribendo, erudiendo, judicando, patrocinando, conſulendo aliis inſerviunt, ob identitatem rationis extendendum eſt, uti Anno 1617. ad Conſultat. Senatus Naumburgenſis in unâ eademq; causá tribus conformibus Reſponſis deciſum refert *D. Richter diſp. 3. ad hanc Auth. p. 47. & ſeqq.* à Facultate Lipſienſi: Scabinatu Wittebèrg. & Collegio Jenenſi, Vietori, de novo in viciniam trium Doctorum, habitatum venturo, ingreſſum & occupationem ædium emptarum, concedendam non eſſe: Daß des Böttichers Kauff billich zu hinterziehen/vnd ihme der Einzug ins Hauß zu verbietten; aut, daß der Rath ihme/deß einziehens in das Hauß ſich zu enthalten/aufſzulegen wohl befugt/Item/ daß dem Bötticher der einzug in daß von Jhm / zur vngebühr wieder der Doctoren *privilegium* erkaufftes Hauß/nicht unbillig zu verbietten/V. R. W. *vid. Beſold diſſert. de Studioſ. Magiſtr. &c. pag. 100.*

## VII.

Privilegiorum; quæ circa onera civilia & patrimonialia Profeſſoribus competunt, nullam quidem mentionem facit Imperator Fridericus in Authent. noſtra; Ex aliorum tamen Imperatorum Conſtitutionibus; rectè iisdem aſſeruntur. Ita enim immunitatem habent à muneribus civilibus ab excubiis & cuſtodiâ publicâ *l. ult. §. 10. ff. de muner. Heig. p. 1. quæſt. 17. n. 14.* ab hoſpitationibus, ſive ab onere hoſpitandi: uti ex reſcripto Divorum Veſpaſiani & Hadriani Impp. refert JCtus Arcadius Chareſius *in l. ult. ff. de muner. & honor.* à præſtatione angariarum; quæ ut & hoſpitis recipiendi neceſſitas, & militi, & liberalium artium Profeſſoribus, inter cœtera remiſſa

ſunt,

ſunt, ait JCtus Paulus in *l. ab his oneribus 10. §. 2. ff. de vacat. & excuſ. mun.* ab aliis patrimonialibus; ex Imperatoris Chriſtianiſſimi, Conſtantini, Reſcripto in *l. 6. C. de Profeßor. & Medic.* ubi *Medicos* (verba ejus refero) *& maximè Archiatros, vel ex Archiatris, Grammaticos & Profeſſores alios literarum, & Doctores Legum, unà cum Uxoribus & filiis, nec non & rebus, quas in civitatibus ſuis poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus, vel civilibus vel publicis immunes eße præcipit. &c.* Idem Honorius & Theodoſ. Imp. reſcripſerunt *in l. ult. C. d. t.* Et quanquam has LL. de perſonalibus tantùm muneribus intelligant alii, quod & Bartolus voluit, in *d. l. 6.* non de patrimonialibus; hanc tamen interpretationem, quæ aliàs in beneficiis latiſſima eſſe debet *l. pen. ff. de Conſtit. Princ.* non admittunt verba Reſcripti, quæ non ad perſonas ſaltem, Profeſſorum Uxorum, filiorum, ſed & ad res eorum, quas in civitatib9 ſuis poſſident: referenda ſunt nec de mobilibus modò, ſed & immobilibus id intelligendum erit, ob latiſſimam ſignificationem vocabuli, Rei: nec ſequentia verba, *ab omni functione & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis* ad perſonalia tantùm reſtringi poſſunt: Omne enim qui dicit, nihil excludit. E. nec onera patrimonalia, quæ & ipſa, appellatione functionis; Et munerum veniunt, eademq; civilia & publica rectè dicuntur, & ad oſtendendam enixam voluntatem, addit Imperator tùm functioni, tùm muneribus, voculam univerſalem, *omne:* quæ geminatio, quantæ ſit efficaciæ Dd. probant; ad *L. Balliſta 32. ff. ad Trebell.* Hinc Accurſius *in d. l. 10. §. 2. ff. de vac. & excuſ. mun.* & Bartol initio aliter ſentiens, tandem Profeſſores in genere à perſonalibus & patrimonialibus oneribus immunes eſſe dicit. Et in Curiâ Grationopolit. ita ſemper conſvetudine uſurpari & judicari ait, Guido Papæ deciſ. 393. pr. tùm Legum tùm Medicinę Doctores, non obſtrictos eſſe contribuere ſubſidiis Delphinalibus indictis; Non itaque urget admodum durius illud Reſponſum Diocletiani, & Maxim. *in l. 4. C de munerib. patrim.* in quo immunitatem à patrimonialibus, Profeſſoribus Philoſophis, & quidem cum inſigni acerbitate, & exprobratione prorſus denegat: Emiſſum enim

 illud

illud eſt ab Ethnicis Imperatoribus à fide Chriſtianâ & favore in literatos alienos. Religioſius omninò & æquius poſtea cenſuit Imperator Conſtantinus; & Profeſſoribus omnibus à reb9 quas poſſident in Civitatibus, illam, quam diximus immunitatem indulſit; *vid. M. Steph. de Jdict. lib. 3. p. 2. c. 10. n. 16. & ſeqq.*

VIII.

Hodiè onera Patrimonialia, ſive quæ Patrimonio & bonis imponuntur, vel ordinaria ſunt, ut tributa, cenſus, Schoß/ Schatzung/ Stewer/ vel extraordinaria, veluti collectæ, Contributiones &c. quæ à Principe conſenſu Ordinum provincialium; prædiis imponuntur. Ab Ordinariis, quæ modica ſæpè & tolerabilia ſunt, Profeſſores, regulariter non ſunt immunes ratione ædium ac prædiorum ſuorum, niſi ex conſvetudine loci vel privilegio ſuperioris, exemptio inducta aut quæſita ſit: ab Extraordinariis, immunes eſſe debebant Profeſſores; ex beneficio generali & ampliſſimo Conſtantini, Honorii & Theodoſiii Imperatorum in *d. l. 6. & ult. C. de Profeſſ. & Medic.* nec non ab hoſpitationibus Einquartirung/ ex *l. ult. ff. de munerib. & honor. l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excuſ. mun.* Confer. Receſſ. Imper. de Anno 1641. §. So viel nun ſonſten. Sed plerisq; in locis & Hoſpitationum & Contributionum oneri ſubjici eos paſſim videmus, niſi privilegio Principis muniantur. Qua in re Electoralis pietatis inſigne æternaq; memoria dignum, Academiæ noſtræ beneficium præſtitit & Profeſſoribus immunitatem ab hoſpitationibus & contributionibus clementiſſimè indulſit: Sereniſſimus Johannes Georgius I. laudatisſimæ recordationis Elector. Et de hoſpitationibus quidem, Anno 1641. d. 4. Julii, habitâ cauſæ cognitione, ex certa ſcientiâ in hunc modum reſcripſit: Anlangende vors ander der Profeſſoren, und derer nachgelaſſenen Wittben eigene Häuſer/ So können dieſelben ihrer erlangten privilegien billich ſo weit genieſſen/ daß ſie derenthalben mit der Einquartirung verſchonet werden. Ubi præprimis notandum immunitatem hanc ab onere hoſpitandi, an-

tiquis

tiquis Academiæ privilegiis accenſeri ab ipſo Princi-
pe, cujus pronunciatum meritò confirmationem ac
redintegrationem privilegii, imò ob præviam cauſæ
cognitionem vires rei judicatæ inducit. Ne verò ful-
tra intentionem Sereniſſimi concedentis extendatur
privilegium, vel ad plures ædes unius Profeſſoris, vel
ad ædes, quas ex conducto inhabitant, vel ad Proto-
notarium & Fiſci Academici Præfectum, ita porro di-
ſtinctè reſcripſit ibidem. Es were dann daß (wie geklagt
wird) deren theils zwey oder mehr Häuſer hetten/ und nur
eines beſeßen/ oder wenn Sie ihre eigenthümbliche Vermie-
then/ und in andere frembde Häuſer ziehen/ auff ſolchen fall
kan keiner zwey oder drey Häuſer frey machen/ ſondern nur
daß eine ſeines privilegii genießlich empfinden. Weil auch
der Univerſität Protonotarius ſeine Wohnung/ wie von
der Bürgerſchafft angezogen/ im Conſiſtorio haben kan/
und dann ihr voriger Verwalter/ anitzo Schöſſer zu Bit-
terfeld/ Michael Klette/ mit Einquartirung von ſeinem
Hauſe auch beleget geweſen/ ſo hat die Univerſität gedach-
tes ihres Protonotarii und itzigen Verwalters verſcho-
nung mit fugen nicht zu urgiren/ ſondern es werden ſelbige
zur Einquartirung und Contribution nicht unbillich ge-
zogen. Die jenigen Profeſſores aber/ ſo keine eigene Häu-
ſer haben/ ſondern in Mitthäuſern wohnē/ und ſolche gantz
oder nur etzliche Stuben beſitzen/ können dieſelbigtn Häuſer
hierdurch der Einquartirung ebener maſſen nicht füglich
befreyen/ ſondern ihnen ſtehet frey/ entweder in die Collegia
und ins Kloſter/ alda Sie dergleichen beſchwerungen über-
hoben/ oder in andere ledige Bürgers Häuſer/ damit Sie
von den Soldaten nicht eingeriſſen werden/ zuziehen. Et hac
immunitate Senatus Oppidanus non fruitur, præter
Conſulem Regentem, Prætorem, Camerarium & A-

ctuarium d. Reſcript. §. Wegen der Rathsverwandten. Immunitatem à Contributionibus, quod attinet; Sereniſſimus Elector in Receſſu Conventus Provincialis Anno 1640. d. 14. Octobr. Academiæ utriusque & Scholarum provincialium Subditos ad ſexennium contributionibus exemit; his verbis. Sind wir zu frieden/bewilligen auch hiermit gnädigſt daß ihre (ſcil. der beyden Univerſitäten Leipzig und Wittenberg.) So wol der drey Landſchulen/ Meiſſen/ Grimma und Pforta/ Dörffer und Vnterthanen die nechſtkommenden Sechs Jahr über mit Kriegs Contribution und Einquartirungen und andern bedrängnüſſen verſchonet bleiben/ und ſich dadurch in etwas colligiren und erholen mögen. Poſtea Anno 1641. d. 9. Julii ad Supplicationem Academiæ, per Deputatos D. Jacobum Martini & D. Wilhelmum Lyſerum Theologiæ Profeſſores celeberrimos, dato in ſcriptis Electorali Reſponſo, primum de gratioſiſſima in hanc Academiam propenſione teſtatus eſt, his verbis, Als ſind Ihr Churfl. Durchl. nach dem löblichen Exempel ihrer in GOtt ruhenden Hochgeehrten Vorfahren/ Chriſtmilder Gedächtnüß genädigſt gemeinet/ gemelte der Univerſität Wittenberg/ als ein Edles Kleinnodt dieſes Churfürſtenthumbs bey ihren hergebrachten privilegien/ Freyheiten und immunitäten ferner zu ſchützen/ und ihnen daran einige ungebührende hinderung/ eintrag oder ſchmälerung nicht zuziehen zu laſſen/ ſondern vielmehr ſorgfältig zu dencken/ wie dieſelbige wieder zu vorigen gutten ſtand und auffnehmen möge gebracht werden. Deinde de hoſpitationibus & Contributionibus iſta indulgentiſſimè ſubjecit. Vnd nach dem numehr Ihr Churfl. Durchl. an die in der zwiſchen gemeldter Univerſität/ dem Rath und Bürgerſchafft zu Wittenberg ſtreitige Einquartirungs ſache/

ge-

geordnete Commiſſarien eine Schrifftliche resolution, wie es damithinfüro zu halten/ verfaſſen laſſen und ihnen zugeſchickt/ als wird von denſelben die Univerſität Ihrer Churfl. Durchl. gnädigſte meinung und Verordnung in einem und andern zu vernehmen haben / und ſind Ihre Churfl. Durchl. gemeinet / daß kein Profeſſor vor ſeinem eigenthümlichen Hauſe/darinnen er wohnet/mit Einquartirung und Contribution bedrenget werden ſolle / welches ſie auch uff deſſen Hinterlaſſene Wittwen wollen verſtanden haben. Et ne de ædibus & habitationibus tantùm intelligatur hoc privilegium idem ad alia prædia extenſum eſt Anno 1643. d. 25. Auguſti in Mandato peculiari ad Academiam, Quæſtorem & Senatum oppidanum als Sämptliche Commiſſarien. Würdige und Hochgelahrte/ liebe andächtige/ und getreue/ welcher geſtalt wir von der Univerſität zu Wittenberg ümb gnädigſte Exēption von der neu angelegten Soldaten Contribution, unterthänigſt angelanget/ beſagt der beyſchluß mit mehren. Wenn wir denn ſo viel die Gütter und Feldgütter betrifft ein ſolches genädigſt gewilliget/ als begehren wir hiermit ihr wollet daſſelbe bey der Commiſſion alſo verordnen / der Häuſer halben aber in der Stadt / unſer vormahliges gnädigſtes deciſum in ſchuldigſter Obacht haben/ daran geſchicht unſere meinung &c. Circa on⁹ excubiarũ aut vigiliarũ, ut & pecuniã ad rivos & puteos purgandos Wächtergeld/ Bach- und Brunnengeld &c. Statuta pacta & Conventa Academiarũ cũ Senatu Oppidano inſpicienda ſunt: Non enim ſingula hęc, cum in re minimâ interdum conſiſtant, in quâ ipsâ tamen Academia quævis præjudiciũ aliquod privilegiis ſuis inferri; wieder daß herkommen/ It. eine einführung oder newerung auffbringen zu laſſen/ jure recuſet; certâ Regulâ definiri poſſunt: Cogitent interim, qui nimium faciles ſunt ad conferendam aliquam, licet me

 dio-

diocrem gabellam, ad quā aliàs jure non tenebantur, eā progreſſu temporis, augeri poſſe & quidem cum onere poſterorum Academicorum non mediocri, niſi literis Reverſalibus, aut habitâ proteſtatione, id quod precariò ab Academiâ datum eſt: in Juris vinculum ad conſequentiam trahi non debere, ſibi proſpiciant. Uti à majoribus noſtris ad reficiendum templum Parochiale & Curiam Oppidanam Anno 1569. ſpontè aliquid conferentibus, factum eſſe in Actis Academiæ, conſignatum reperio, & additur ibidem, quod Academia, Senatui collectam à ſuis & ſecundâ vice ſubſidium aliquod petenti, id denegaverit ne ſcilicet ad Juris neceſſitatem id poſtea trahatur.

IX.

A gabellis, penſionibus, aliisque datiis pro victualibus, ad uſum proprium Academiæ & Profeſſorum, non mercandi aut negotiandi cauſâ aſportatis & advectis, immunitas conceditur; veluti in vino ex Franconia & aliundè ex Imperio Romano, ad ſolas Teſtimoniales literas Academiæ; & in pecudibus, alibi in uſum communis menſę coemptis; Ita Sereniſſimus Elector Johannes Georgius I. Profeſſores & incorporatos eorumq; viduas pro victualibus, frumento, vino & cereviſiâ, lignis &c. aliundè allatis, ab acciſiis ut & gabellâ, pro transvectione in defectū pontium; von Accis- und fehrgelde immunes præſtitit, peculiari mandato gemino. d. 2. Auguſt. & d. 9. Octobr. 1654. ut & à tributo cereviſiario Bier- und Tranckſteuer; conceſſo in uſum Profeſſorum, Doctorum aliorumq; graduatorum & ſtudioſorum quotannis certo numero, doliorum termille quingentorum, cenſui cereviſiario, nim. penſioni 20. argenteorum pro ſingulis doliis, non obnoxiorum 3500. Faß Steuerfreyen Bieres / in Reſcripto d. 18. Auguſti 1651. nec non, à duplicato denario è bovibus aliisque pecudibus in uſum familiæ ſuę mactatis: Doppeln Fleiſchpf. in Reſcripto Ann. 1653. d. 24. Maij. Nec pro cereviſia aut vinis peregrinis in uſum Academiæ & Profeſſorum importatis, Oppidano Senatui pro ſingulis amphoris, Ahmgeldt/ aut aliud quid ſolvendum eſt; ſed liberè quisq; utitur iisdem

non

ſion ad mercantiam cum aliis, ſed ad uſum domus & familiæ ſuæ: undè, ſi taliter conceſſum ſit privilegium: vini peregrini invehendi **für ſich/oder für ſich und ſein Hauß/** an tali conceſſione tantùm ipſe Profeſſor unà cum uxore, liberis, & famulitio ſuo, an & Studioſi, qui in ædibus aut extra eas in convictu ipſorum degunt, intelligantur, ita ut his, pro uſu neceſſario menſuram vini aut cereviſiæ, juſto pretio vendere non poſſit? Negabit id procul dubio Senatus Oppidanus; tùm, quia vocabulum domus aut familiæ, ſtrictiſſimè capiendum ſit, pro iis domeſticis & familiaribus quibus Profeſſor Paterfamilias, de victu & habitatione gratis & ex debito proſpicit, tùm quia, vendere vinum ac cereviſiam Studioſis in ædibus aut menſa viventibus jam in ſpeciem mercantiæ & negotiationis incidat. Pro quibus & facere videtur Fundatio Electoris Mauritii de Anno 1548. ibi, **daß alle** Doctores **und andere/die alda** Profitiren, **und welchen Perſohnen der** Univerſität **der Rector und die** Univerſität **ſolches erlauben werden/frembde und eingebrauen geträncke an Weine und Biere/vor ſich/und nicht damit zu handeln einlegen/** &c. Affirmativa tamen ſententia, procul dubio veriſſima eſt, neque enim, ut à poſteriore incipiamus: mercantia dici poteſt, **Wein oder Bierſchanck oder Handel/** quod non promiſcuè, omnibus, quod ſolùm intendit Mauritius, ſed in uſum tantum Studioſorum, inquilinorum aut Commenſalium pro juſto pretio dimittitur, nec appellatio domus & familiæ, nec beneficium Principis ſtrictiſſimè, ut volunt, accipiendum eſt, *contr. l. pen. ff. de Conſtit. Princip.* ſed largius ut illi, quos diximus, Studioſi, includantur. Et ne quid dubii remaneat; Elector Auguſtus laudatiſſimæ memoriæ, id quod prædeceſſor Mauritius, ſimpliciter diſpoſuerat, **für ſich/** pro ſe; explicatitius interpretatus eſt, in fundatione de Anno 1555. licitum eſſe debere, Profeſſoribus vina invehere pro ſe & convictoribus ſuis **vor ſich und ihre Koſtgänger/** ibi; **Frembde und Eingebrauen Geträncke an Wein und an Bier/für ſich und ih-**

**re**

re Koſtgänger/Studenten/und nicht damit zu handeln &c. quod & repetitum eſt in nova ejusdem Electoris fundatione de Anno 1569. Ubi & id apprimè notandum eſt, dum Elector in genere ad Convictores reſpicit; Koſtgänger/Studenten: nihil ratione privilegii hujus intereſſe, ſive Studioſi in ædibus Profeſſorum habitent, ſive extra eas ſolâ menſâ fruantur. Plura huc facientia præterimus, Id modò addimus; privilegia illa, de vinis peregrinis, non ſolvendis acciſiis &c. Profeſſoribus tantùm, non & graduatis & literatis aliis, rem familiarem & domeſticam habentibus; permiſſa eſſe, quod fuſius perſequitur *Hunn. ad hanc Authent. Cap. 1. quæſt. 10.* Idemque innuere videntur verba Transactionis inter Academiam & Senatum de Anno 1569. d. 11. Martii. Incorporirte mögen allerley Bier und Wein vor ihr Hauß einlegen/ andere ſo Tiſchgänger haben/nicht als zu ehren/ Hochzeiten oder dergleichen. mores tamen & obſervantiam locorum quidve pactis aut privilegiis inductum ſit, & an Doctores, aliiq; non Profeſſores; nihilominus privatim docendo Studioſæ juventuti inſerviant, attendere neceſſe eſt, nec enim jura cuiq; ſua, in favorem Ordinis noſtri ac Studiorum aut invidemus aut in dubium vocamus.

X.

Id tandem inſigne Profeſſorum privilegium eſt, quo ipſi eorumq; Viduæ & Liberi à gabellis, jure detractionis. aliaq; Falcidiâ, Statutariâ, ex hereditatibus, Legatis, aliiſq; bonis alio transferendis, immunes ſunt *l. 6. l. ult. C. de Profeſſ. & Medic. l. 3. C. de privil. Scholar. l. 22. §. Vidua ff. ad municip. M. Steph. lib. 3. p. 2. c. 19, n. 36. & ſeq.* In genere autem, Jus hoc detractionis Abzug/ Statuto & conſvetudine loci probari debet: aliàs utpote odioſum non admittitur, veluti pronunciarunt Anteceſſores noſtri, Anno 1632. M. April. Wofern der Gerichts Herr/wie zu recht genungſam nicht beſcheinigen mag/ daß er in dergleichen fällen den Abſchoß einzubehalten berechtiget/ ſo iſt er denſelben von des Verſtorbenen Verlaſſenſchafft zu fordern nicht befugt/ ſondern waß er deßwegen albereit zu ſich genommen/ohne einige abkürtzung euch wie-

de-

darumb außzuantworten ſchuldig. Eo autem probato, Profeſſores tamen liberi & viduę illorum quartâ aliâque gabellâ non ſunt onerandi, ut conſtat, tùm ex fundatione Mauritii de Anno 1548. ibi, Wir haben auch den Gliedern der mehr genandten unſer Univerſität weiter dieſe Gnade gethan/ daß Sie und ihre gelaſſene Weib und ledige Kinder/ hinfürder in ihrem wegziehen unbeſchweret ſollen bleiben/ deß vierdten Pfennings halben/ den der Rath von wegziehenden Bürgern zu nehmen pfleget/ quod repetitum eſt in Fundat. Auguſti 1555. & 1569. §. Item, daß die Profeſſores, tùm ex Conventione cum Senatu Oppidano de Anno 1563. vid. *Rauchb. p. 1. q. 15.* ubi transactionem hanc ab Electore Auguſto confirmatam refert, ita ſcil. ne Senatui oppidano poteſtas eſſet, ſub hujus iniqui Juris prætextu quicquam detrahendi de hereditatibus Parentum aut liberorum ad corpus Univerſitatis pertinentium, vel de bonis Profeſſorum eorumque liberorum; aliò domicilium transferentium: Et quanquam *Rauchbar. d. loc. n. 27*, commune ſententiam approbet. generale nim. hoc eſſe, & Statutum illud detrahendæ gabellæ, licet ſimpliciter de hereditatibus alio transferendis loquatur, in liberis tamen, Parentum, & in Parentibus, liberorum ſucceſſoribus locum non habere. De eo tamen ex ſententiâ Statuti, aut conſvetudine loci cujusque definiendum eſſe dixerim,

Alia privilegia Profeſſorum, Doctorum, & Studioſorum perſonas ipſorũ aut res concernentia. *vid. ap. Horat. Luc. Rebuff. de Privileg. Studioſ. Kubach. centur. 3. diſcurſ. 9. quæſt. 1. & 4. Beſold. de Studioſ. Magiſtr. c. 3. & 9. &* quæ congeſſi in Diſput. inaugur. *de Jure ſingulari cap. 14. membr. 1, 2. & 3.* Hic enim illa potiſſimùm privilegia tractamus, quæ ex Authenticâ noſtrâ vel ejus occaſione deſumi poterant.

# MANTISSA.

VEnditiones extra judicium celebratas, ex capite læſionis ultra dimidium reſcindi poſſe regulariter, nemo dubitat, *ob. L. 2. C. de reſcind. vendit.* De venditionibus verò judicialibus, publicè ſub haſtâ factis dubium ingens eſt; An in iis beneficio dictæ L. 2. ſit locus? In Negativam deſcendit, & pronunciavit Collegium Juridicum VVitteb. ob autoritatem venditionum ſub haſtâ factarum, quibus perpetuam firmitatem, Leges civiles adſtruunt, quam conſervari publicè intereſt, ne â licitatione & Emptione ejusmodi deterreantur alii, in præjudicium Creditorum, interdum etiam debitoris; Et quomodo non poterit eſſe juſtum pretium, quod publicè, citra præſumptionem fraudis licitatum & conſttiutum; adeoque ex communi quaſi hominum opinione; non ex affecti-

one

one ſingulorum pro, tali habitum eſt: Idem de Jure Sax. etiam dicendum eſt, quo, tùm repetitio ſive reiteratio æſtimationis, tùm reluitio intra annum permiſſa eſt, adeoque debitor aut Creditores eò minus habent, de quo conquerantur.

Diſſentiunt JCti Lipſienſes.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0065-4

Gratioſo Spiritu Dirigente

# Ad Authenticam Habita

Cod. Ne Fil. pro Patre.

*PERICVLVM VI.*

PRAESIDE

## GOTTFRIDO SUEVO, D. & P. P.

*Reſpondente*

JACOBO HANNOTOVIO, Sedino Pomerano.

In Audit. JCtor.

I.

ID ſtrenuè & Imperatoriè prorſus egit Fridericus I. in Authenticâ noſtrâ, ut omnem omninò injuriam à Scholaribus depelleret, quæ cum non extra judicium tantùm, verùm etiam in Judiciis, inter ipſa tribunalia, quod mireris, per varias actiones, interpellationes, ambages ac circumductiones inferri poſſit: voluit Imperator in eo quoq; pietatis ſuæ beneficium indulgere, & pragmaticâ hac conſtitutione porrò ſancire: ſi litem Scholaribus quiſpiam ſuper aliquo negotio movere voluerit, hujus rei optione datâ Scholaribus, eos coram Domino vel Magiſtro ſuo, vel ipſius Civitatis Epiſcopo, quibus hanc Jurisdictionem dedit Imperator conveniat: additâ pœnâ, ut, qui ad alium Judicem illos trahere tentaverit, etiamſi cauſa juſtiſſima fuerit, à tali conamine cadat: Tribus hic vocabulis utitur Imperator; *Domini* ſcil. *Magiſtri & Epiſcopi*. Appellatione Magiſtri quilibet Præceptor venit. *l.19.§.ult.ff.de recept. qui arbitr. recep.* Unde *Rebuff. de privileg. Scholar.n.69. & 158.* quoslibet Magiſtros ſive Doctores in Artis vel profesſionis ſuæ Studioſos habere notionem, autumat, ita ut Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ & Philoſophiæ Studioſi

dioſi quisq; apud Magiſtrum vel Profeſſorem Facultatis illius conveniri poſſit: Sed certum eſt, & uſu ſatis comprobatum, cognitionem in cauſis Studioſorum, non ad Magiſtros vel Profeſſores Academiarum, in quibusvis Facultatibus ſed ad ſolum Rectorem pertinere, *vid. Donell. ad Auth. hanc n. 20. & ſeq. Zang. de Except. p. 2. c. 1. n. 124.* qui tamen graviores cauſas ad Decanos & Seniores vel Concilium ſive Conſiſtorium Academicum deferet, habitoque cum iis conſilio ſuper iisdem ſtatuet; uti ſupra diximus, pericul. 2. Per Magiſtrum itaq; in hac Authent. Rector intelligitur; cujus ideò mentionem factam non eſſe putat Pacius ad hanc Authent. *c. 9. n. 3. & ſeq.* quia nō ad Academias tantùm, ſed ad omnes in genere Scholares, qui ſæpè Rectorem Univerſitatis non habent, d. Authentica pertinet vid. *Matth. Steph. de Jdict. lib 3. p 2. c. 10. n. 9.* quod tamen meritò diſplicet Hilligero ad *Donell 17. Comm. c. 20. lib. K.* quia Magiſtris in Scholis trivialibus nulla Jdictio, ſed modica caſtigatio competat. An autem triplici illo nomine, ſcil. Domini, Magiſtri & Epiſcopi triplex Judex intelligatur, non convenit inter Interpretes, Affirmativa communis eſt, teſte Vultejo in *l. 1. C. de Jdict. n. 127.* Rectorem nimirum Univerſitatis, Epiſcopum, & Dominum ſive Præſidem illius loci vel Provinciæ intelligi *Arum. vol. 2. diſcurſ. 33. theſ. 8. lit. a.* quam communē opinionem ipſe ſecutus ſum in *Diſput. inaug. de Jure ſingulari c. 14. membr. 3. n. 1.* Re tamen melius perpensâ verius videtur duos tantùm Judices Scholaribus conſtitui in d. Auth. nimirum Dominum vel Magiſtrum, id eſt, Rectorem Univerſitatis: & Epiſcopum. *vid. Pac. ad Authent. hanc. c. 9. n. 3. Donell. ibid. Hillig. ad Don. lib. 16. Comment. c. 20. lit. K. in Not.* ubi & hac ratione maximè moveri ſe dicit, quod Scholares ibidem diſtrictè & ſeverè ad alium Judicem (quem ipſe accipit, Magiſtratum loci) trahi vetantur; id autem fieret, ſi per Dominum; Præſes provinciæ vel loci intelligeretur. *Confer. Limn. de J. P. lib. 8. c. 9. n. 27. D. Richter ad hanc Authent. diſp. 6. p. 122.*

II.

Inſigne itaq; Privilegium ratione fori Scholaribus indulſit Imperator, dum iis optionem dedit, ſi aliquâ actione pulſari

ſari poſſint, coram quo Judice, Rectore nimirum aut Epiſcopo conveniri & Actori reſpondere velint, cum aliàs in Actoris arbitrio ſit, reum, qui plures Judices habet, concurrentes in Jurisdictione (& quidem 1. per ſe ratione unius ejusdemque cauſæ, ut nullus ſit ſuperior vel inferior. 2. Actu, ut uterque Jurisdictionem eo ipſo momento habeat, nec aliunde expectet. 3. in ſolidum, ut Jurisdictio unicuiq; ut ſingulis, non ut univerſis, competat) coram quo velit convenire, ita ut reus tanquam præventus coram illo, reſpondere teneatur, nec ad alterius Judicis forum cauſam revocare poſſit. Sicut & ipſe Studioſus, qui ſtante optionis privilegio Judicem unum elegit, Jus revocandi ad alterum non habet; neq;, ut cum Practicis loquamur, variare poteſt, ſed unum eligendo, quod non demum per litis conteſtationem fit ſed per ſimplicem declarationem, coràm quo ſcil. conveniri & comparere velit, eundem Judicem, ejusq; forum approbaſſe, & alteri renunciaſſe cenſetur. *Vid. Pac. ad hanc Authent. c. 10. n. 3. Kubach. centur. 3. Decur. 9. quæſt. 8. D. Carpzov. lib. 2. tit. 2. Reſp. 32. n. 14. & ſeqq. Limn. d. lib. 8. c. 9. n. 31. Arum. d. diſcurſ. 33. th. 8. lit. k.*

Cœterum hodiè ab optionis illo privilegio cujus vigore eligere poterat Studioſus, coram quo Judice conveniri velit, multùm receſſum eſt, ita ut ob Juramentum Rectori præſtitum coràm Academiâ vel Rectore conventus reſpondere teneatur, *vid. Coler. deciſ. 269. Matth. Steph. lib 3 p. 2. c. 12. n. 17. Heig. p. 2 quæſt. XI. n. 4. D. Carpzov. p. 1. Conſt. 27. defin. 10. D. Richter d. diſp. 6. pag. 124.* Non tolli per hoc Juramentum, id qvod aliàs de Jure communi conceptum erat, adeoque adhuc hodie competere Studioſis optionem illam putat *Kubach. d. quæſt. 8.* quia non tàm Rectori, quàm Univerſitati præſtetur juramentum; quæ ratio nihil concludit, non enim ſequitur Juramentum præſtatur Academię; Ergò Studioſus vel Rectorem eliget, vel Epiſcopum coram quo conveniatur; Rectoris perſona non ſeorſim ab Academia conſideratur, ſed repræſentat Academiam, & coram Rectore conveniri eſt, coram Academiâ conveniri.

Fit interdum ut Studioſus, qui nomen Academiæ profeſ-

ſeſſus eſt, ſimul ſit Clericus, quo caſu, non coràm Rectore ſed coram Epiſcopo tantùm conveniri poteſt *c.1.c.ſignificaſti c.12. X.de for.Comp. Marta de Jurisdict.p.4.Centur.1.caſu.39.* ubi id limitat, ſi ipſe Rector ſit Clericus; & expedire cenſet, ſemper eligi Rectorem Clericum, ut in omnes perinde Jurisdictionē exercere poſſit. Hác tamen disquiſitione hodie non opus eſt, nec illa Clericorum privilegia, tantâ contentione à Pontificibus aſſerta, in terris Proteſtantium, adeò ſtrictè attenduntur. Sed Studioſus, quâ talis & quamdiu in Academiâ Studiorum causâ degit, Rectoris & Academiæ Jdictioni obnoxius eſt, ſive Clericus ſit, ſive non. Imò generali appellatione Clericorum etiam Scholares veniunt; ſicut & Academiarum Rectores ac Profeſſores ad Ordinem Eccleſiaſticum, cauſæ Academiarum inter cauſas pias & ſacras. Cancellarii Academiarū inter Epiſcopos referuntur, & cujuscunq; ſcientiæ ſive diſciplinæ Studioſi, Eccleſiæ inſervire dicuntur: *Fulgoſ. in l. qui ſub prætextu C. de SS. Eccleſ. Matth. Steph. de Jdict. lib.3.p. 2.c.1.* Id quōdam quæſitum memini; An Studioſus idemq; Canonicus alicujus Capituli vel Eccleſiæ Cathedralis ob delictum in Academia commiſſum Areſto detineri & præviâ cauſæ cognitione, à Magiſtratu Academico puniri poſſit, quod affirmandum duxim⁹: Studioſum enim conſideramus, quâ talis eſt, ſine reſpectu conditionis vel qualitatis alterius, & quamdiu Studiorum gratiâ hic agit, Academiæ Jdictionem, cui & Juramenti vinculo religioſo obſtrictus eſt, ut agnoſcat, neceſſe eſt.

III.

In hac quoq; Academiâ Jurisdictio in Studioſos, aliosque Academiæ addictos, extra cauſas criminales, eſt penes Univerſitatem: Ita enim ſancitum eſt in Fundatione Elect. Mauritii de Anno 1548. Vber die Glieder der Vniverſität/in allen fällen die nicht Peinlich ſein/oder Peinlich könten geſtrafft werden/ſol niemand zu richten haben/ denn der Rector und die Vniverſität, idem habetur in Fundatione Electoris Auguſti de Anno 1555. & Anno 1569. & in Transactione de Anno 1570. inter Academiam & Senatum convenit; ne Profeſſores & Incorporati in Perſonalibus Senatui ſubſint, ibi, Profeſſores und Incorpo-

porirte ſollen vor ihre Perſon dem Rathe nicht unterworffen ſein; & in Transactione de Anno 1563. idem de immatriculatis cautum eſt, ibi, in Perſonalibus bleiben Sie unter der Univerſitet. In realibus autem, ratione ædium, fundorum, ſub Jurisdictione Magiſtratus oppidani ſitorum, Profeſſores eundem certo modo agnoſcunt, ſuper iisdem conventi coram illo comparent, Confirmationes Venditionum, Reſignationes Aufflaſſung / Areſta, petunt & proſeqvuntur, ſubhaſtationes per miniſtrũ Senatus Rathsdiener / nomine Academiæ fiunt, ut & Executiones Hülffe à Senatu, præſentib⁹ duob⁹ Profeſſorib⁹: Præterea Profeſſores & im̃atriculati ratione ædiũ, tributũ ordinariũ, Schoß ſolvunt, nõ tamẽ aliis civilibus oneribus ſunt obnoxii, nec juramentum civium præſtant, nec per miniſtrum civitatis vulgarẽ citantur; d. Transact. de Anno 1563. & 1570. ibi zu geben den alten Schoß / jedoch tragen Sie keine andere bürgerliche Beſchwerung / es ſey Wach- Braugeld / erhöhung des Schoßes / Hoffdienſt / Bierſtewer / Ungeld / vom Wein und frembden Bier / ſo ſie vor ſich und Jhre Häuſer brauen / dürffen auch keinen Bürgereyd thun: *Et paulò poſt*, die Perſohnen der Univerſität ſollen vom Rath durch den Stadtknecht nicht beſchicket werden / quod poſterius repetitum eſt, in Receſſu Curiæ provincialis de Anno 1641. Termino Erhardi. Eadem exemptio à Juramento civium & oneribus civilibus habetur in novâ fundatione Auguſti Anno 1569. quam poſtea Elector Chriſtianus I. Anno 1586. d. 1. Septembr. in omnibus ac ſingulis confirmavit. Satis itaq; fundata eſt Jdictio Academica in immatriculatos in perſonalibus. An autem Jdictio hæc ordinaria ſit an delegata quæritur? Ordinariam eſſe negant, qui talem Jdictionem territorio quaſi adſtringunt, quod quia Rector & Academia non habet, nec Ordinariam Jdictionem eidem attribuendã eſſe cõtẽdunt; Verũ ordinariã Idictionẽ Academiis earumq; Rectoribus non denegamus, hæc enim regulariter intelligitur ſub appellatione Jdictionis; Præterea data ipſis Jdictio à Lege eſt; uti Imperator dicit in hac Authent. *Se dediſſe eis hanc Jdictionem*, non itaq; mandata, non delegata eſt, cum quo idem eſt, quod in Fundatione Mauritii & Auguſti Electo-

rum Sax. ſancitur. Vber die Glieder der Vniverſität ſol niemand zu richten haben/denn der Rector und die Vniverſität: Habent itaque Jdictionem: quam ex conceſſione Principis proprio Iure exercent, non delegatam ad tempus, ſed in perpetuum. Unde per modum Univerſitatis Collegialiter eligunt Rectorem. Territorium, quod diſſentientes in aliam traxit ſententiam, eſt quidem de eſſentia Jdictionis Ordinariæ univerſalis; Interim tamen Iudex Ordinarius non minus rectè dicitur, qui Idictione in certas cauſas vel perſonas absq; territorio utitur; quales ſunt Rectores Academiarum *Theophil. Giſebert. Tract. de Reconvent. c. 12. n. 14. D. Richter. ad hanc Authent. diſp. 6. p. 141. Limn. d. lib. 8. c. 9. n. 29. Arum. d. diſcurſ. 33. th. 8. lit. J.*

IV.

Fieri poteſt, ut interdũ quis Jurisdictionẽ alterius, cui exẽptus aliàs erat, per indirectũ agnoſcere teneatur, puta, ſi conveniat aliũ, coram competente Iudice, in reconventione coram eodem, ſtare & reconventus reſpondere, obſtrictus eſt neq; declinandi forũ, ob incompetentiam, poteſtatem habebit: Cujus Iuris fundamentum eſt in *l. 14. C. de ſentent. & interloc.* & additur ibidem ratio, quod Actor, cujus in agendo obſervat arbitrium, eundem & contra ſe Iudicem habere debeat, & *in l. 22. ff. de Judic.* dicit ICtus, quod is qui non cogatur in aliquo loco judicium pati, ſi ipſe ibi agat: Cogatur tamen excipere actiones, & ad eundẽ judicẽ mitti, adde *c. accuſat. 3. quæſt. 8.* ubi verba dictæ *l. 14. C. de Sent. & interloc. Jud.* referuntur. Unde de Studioſo quæritur: Si Studioſus coram Oppidano Magiſtratu civem convenerit, an coram eodem poſſit reconveniri? Negativam & menti Imperatoris & largiori privilegiorum interpretationi magis conformem exiſtimamus; Generaliter enim mandat Imperator, ſi quis litem Scholaribus ſuper aliquo negotio movere voluerit, ut eos coram Domino vel Magiſtro ſuo vel Civitatis Epiſcopo conveniat. Generaliter etiam prohibet Imperator, ne quis Scholares ad alium Iudicem trahere tentet. Jam negari non poteſt, in reconventione quoque Studioſo litem moveri; eumque per modum reconventionis ad alium Iudicem trahi. Pleniſſima itaque interpretatio, ut ſo-

ſolet in beneficiis Principum *l.pen.ff. de Conſt. Princip.* capienda erit: Fruſtra autem diſſentientes urgent vocabulum, *trahēdi*, id nimirum eſſe prohibitum, ne trahatur ad alium Iudicem Scholaris, in reconventione verò non trahi eum ad aliū Iudicē; ſed corā eodē reconveniri, quē in cōvētione ipſe quaſi elegerat. Verū nec eligere potuit hunc Iudicē convētionis Nec voluit. Non potuit; ſiquidē eligendi poteſtas ſaltem reſtricta eſt ad Dominum vel Magiſtrum, id eſt, Rectorem Univerſitatis & Epiſcopum, & renunciationem fori ſui vel prorogationem Idictionis ab eo fieri non poſſe. Dd. Comm. tradunt. *Hunn. hic. c.2.q.5. D. Richter. d. diſp.6.p.141.* (quanquam id moribus potius quam ex Iuris ratione obtinere cenſeat *Hillig. ad Don, lib 17. c. 20. lit. K.* quæ prorogationem in Studioſo non prohibeat, prout Anno 1655. in Facultate reſpondimus ad cōſult. Chriſtoff Motſchen Studioſi. Wenn gleich die Studioſi ex Authentica Habita C. ne fil. pro Patr. ihren abſonderlichen und *privilegirten* Gerichts Stand haben. Dennoch aber und dieweil Ihr Euch allbereit vor dem Rath zu Ebernförde eingelaſſen / und *caution* daſelbſt zu ſtehen eydlich beſtellet. So möget ihr Euch nunmehr daſelbſt zu ſtehen nicht entbrechē / ſondern ſeid des Rechtens allda außzuwartē ſchuldig.) Nec eligere Iudicē cōvētionis voluit; cū non cenſeatur privilegio ſui Iudicis, quē ex Conſtitutione Imperatoris peculiarem prorſus habet, renunciaſſe: aut in alium Iudicem, Studiis ſæpè non addictum aut amicum conſenſiſſe *Matth. Steph. lib.3.p.2.c.12.n.48. & ſeqq.* Nec eſt, ſi dicas cogi eum ex Iuris diſpoſitione ut conſentiat in Iudicem in cauſa reconventionis, cujus arbitrium in causâ conventionis elegerat vel obſervaverat, ex generalitate dictæ *l. 14. C. de ſent. & interloc. & l.22.ff. de Judic.* Ab hâc enim generalitate meritò excipitur caſus. Quando qualitas aut conditio perſonæ & cauſæ alium Judicem quam proprium & privilegiatum (ut fit in Scholaribus, non admittit: nec eſt deniq; ut Exemplum Legati & Clerici opponas; qui & ipſi privilegio ſui Iudicis gaudent, & tamen, dum conveniunt alium, Judicē hunc cōventionis in causâ reconventionis declinare non poſſunt, quod de Legato probari videtur ex *l. 2. §. 5. ff. de Judic.* de Cleri-

co

co autem fuſius proſequitur *Giſebert, tractat de Reconvent. cap. XI.* Nam Reſpond. in cauſis privilegiorum à perſonâ ad perſonam argumentum duci haud poſſe: Et de Clericis res expedita non eſt, an in reconventione neceſſariò ſtare cogantur coràm Judice conventionis. In Legato diverſa ratio militare videtur, cum is peregrè, & longiſſimè ſæpè abſit, ideò, ſi aliquem in Legatione conveniat, eiq; negotium faceſſat, non iniqvum eſt; ſi conventus juſtâ causâ nitatur, eum in reconventione ibidem reſpondere:, & iniqua conditio reo convento inferretur; Si Legatus Iure revocandi ad ſuum forum uti poſſet. vid. *Hunn. ad hanc Authent. c. 2. quæſt. 3. D. Richter. d. diſp. 9. pag. 145. & ſeq.*

V.

Quanquam autem Studioſus, conveniens civem coram Senatu oppidano, in causâ reconvenrionis forum illud declinare poſſit, attamen oppidano civi, qui Studioſum coram Magiſtratu Academico convenit, idem permiſſum non eſt, ſed cogitur is in cauſa reconventionis, quam Studioſus intẽtat, coram eodem Iudice ſtare & reſpondere. Nihil enim eſt quod Civem à regulâ, quæ traditur *in l. 22. ff. de Judic. & in l. 14. C. de ſentent. & interloc.* eximere posſit. Iudex itaq; conventionis, erit etiam Iudex in causâ reconventionis. Urgent quidem diſſentientes, tùm æqualitatem quæ obſervari debeat inter Studioſum & Civem, ut, ſicut ille, ita & hic, forum declinare poſſit, in causâ reconventionis, tùm quia penes Rectorem Academię defectus ſit ordinariæ Iurisdictionis. Neutrum procedit. Non prius. Ipſa enim Nomina, Studioſi & Civis diverſam conditionem & qualitatem perſonarum involvunt. Ille ex privilegio Imperatoris obtinuit, ne alium Iudicem patiatur, ne quidem in causâ reconventionis, ut diximus theſi præced. Tale nihil indultum eſt civi, Ergò Iuri communi ſubjacebit, & Rectorem, in reconventione Iudicem vel invitus agnoſcet, ne aliàs privilegium, quod Studioſo indultum eſt, Ius commune eidem auferat, quo Reus conventus Actorem cogere poteſt; ut in reconventione Iudicem eundem patiatur: Nec poſterius nobis obſtat, nititur enim falso præſuppo-

ſito

ſito, quaſi Rectores Academiarũ non habeant Idictionem ordinariam; Contrarium probavimus ſupra th. 3. Imò & coram delegato Iudice reconventio intentari poteſt. Cùm *d. l. 22. & d. l. 14* ſimpliciter de Iudice loquantur, nec inter Ordinarium & delegatum diſtingvant. *Hunn. d. loc. c. 2. quæſt. 4. Giſebert. de Reconvent. c. 12.* ubi ad alia argumenta Iulii Pacii, reconventionem Studioſo denegantis, reſpondet. *Matth. Steph. lib. 3. p. 2. c. 12. n. 18. & ſeqq.* ubi addit. n. 22. quod Studioſus conventus coram Rectore vel Concilio, Actori ne quidem reſpondere teneatur, antequam is ſatisdationem pro reconventione præſtiterit, *adde Arum. vol. 2. diſcurſ. 33. th. 8. lit. b. D. Richter d. diſp. 6. p. 144.* quod ipſum aliàs quoq; Juris ordinarii eſt, ut Actor regulariter, ſi immobilia non posſideat, cautionem præſtet pro reconventione & expenſis *l. ſciendum 15. ff. qui ſatisd. cog. Conſtit. Elect. Aug. 5. p. 1. Ordin. Judic. Elect. Joh. Georgii I. tit. 13.*

VI.

An Studioſus à ſententiâ, in quâ læſum ſe exiſtimat appellare posſit, & ad quem appellatio illa dirigi debeat variè ſentiunt Dd: Nec malè Gilkenius ad hanc Authent. n. 33. primùm omnium ſtatutum loci, an & quomodo appellationem admittat, hoc deficiente conſvetudinem & vicinarum Academiarum mores inſpiciendos, qui ipſi, ſi varii & incerti ſint; non committendum facile, ut ad Prætorem, ideſt ad Extraneum Magiſtratum cauſa devolvatur. Nos Appellationem, ubi locus eidem eſt, ad principem ſive Patronum fieri debere ſtatuimus, cum Matth. Steph. *d. p. 2. c. 12. num. 76.* Quod ſi appellationi vel non deferatur, vel à Judice, ad quem, cauſa remittatur ad Judicem à quo, Rector, utpote qui Jdictionem habet executioni ſententiam mandabit. *arg. l. 2. ff. de Jdict. l. fin. ff. de off. ejus. cui mand. eſt Jdict. M. Steph. d. c. 12. n. 84. & ſeqq.* Cum autem media Executionis ſæpè in manu Rectoris non ſint, vel quia apparitoribus deſtituitur, vel quia perſona & res in quas Executio fieri debet, extra Jdictionem Academiæ reperiuntur; His caſibus, Magiſtratûs Oppidani, vel alterius competentis auxilium ſive ſubſidium imploratur, per literas requiſitoriales ſive ſubſidiales, quod & in hac Academia fieri uſu

comprobatum eſt. Ita ſi ex Decreto Rectoris & Conſilii Academici Studioſus ob delictum relegetur vel excludatur, ſignificari id ſolet ab Academiâ Senatui Oppidano, ut & Militiæ Præſidiariæ, & Quæſturæ Præfecto, ne latitare talem ſub ipſorum tutelâ permittant, ſed inde diſcedere ocyus jubeant. Atq; ita Magiſtratus Academicus, qui in Urbe ipſa Jdictionem non habet, ex privilegio tamen & conceſſione Imperatoris & Patroni/extra territoriũ qvodamodo eam exercet; cui is cujus eſt territorium parere cogitur, ne aliàs eluſoria reddatur Jdictio Magiſtratus Academici; Unde ſolennis illa & decretoria clauſula Diplomati Relegationis inſeritur: Quapropter Te N. ex Urbe & agro Wittebergenſi ad annos N. vel in perpetuum relegamus &c. & hodie ante ſolem occaſum exeſſe jubemus. *Confer. Hunn. ad hanc Authent. c. 2. quæſt. 7.*

VII.

Ut conſtet de enixâ Imperatoris voluntate, nolle ſe Scholares ad alium Judicem trahi, neq; id impune eſſe debere, hæc verba in Conſtitutione ſuâ ſubjungit, Qui verò ad alium Judicem illos trahere tentaverit, etiamſi cauſa juſtiſsima fuerit, à tali conamine cadat, unde dubia quædam occurrunt. 1. an ipſa cauſâ cadat Actor. 2. an id obtineat, ſi Studioſus non invitus, coram alio Judice comparuerit. 3. an pœna illa locum habeat, ſi ſola citatio emanárit. 4. An ſententiâ declaratoriâ opus ſit? De ſingulis breviter; Ad. 1. Non ſolum ita conamine ſuo cadit Actor, ut Actionem, quoad illam Inſtantiã amittat, quod vult poſt alios *Limnæus d. J. P. l. 8. c. 9. n. 46.* Verũ in totũ cauſa cadat: præmittitur n. vocabulũ cauſæ, ibi, *etiãſi cauſa juſtiſſima fuerit;* & ſubjungitur, à tali conamine cadat, id eſt, quoad ipſam cauſam, non ſaltem quoad illam Inſtantiam, coram incompetente Judice contra Scholarẽ cœptam; qualis cadentia, ut ita loquamur, vel amiſsio Inſtantiæ in aliis qvoq; locum habet, qui ad incompetentem Judicem vocaverunt. Verba autem hujus Imperatoriæ Conſtitutionis in Scholari ad alienum judicem vocato aliquid potentius, ſcilicet, cauſæ ipſius amiſſionem operari debent. Qvem in

ſen-

ſenſum, non improbanda videtur interpretatio *Donelli ad d. Authent.* ita legentis, etſi cauſa juſtisſima fuerit, eâ, (ſcilicet cauſâ) tali (pro à tali) conamine cadat (id eſt) propter talē conatum. *Arum. d. diſcurſ. 33. theſ. XI. lit. d.* Ad 2. Solus *Conatus*, ejus qui Scholarem ad alium judicem trahere tentaverit, punitur amisſione cauſæ in d. Authent. à quâ pœnâ liberare Actorem non poteſt, ſi Scholaris ſponte comparuerit. Diſſentit Donellus in d. Authent. cujus argumenta reſolvit *Hunn. c. 2. quæſt. 9. in fin.* Ad 3. Solam citationem ad irrogandam pœnā illam ſufficere arbitramur, id enim ſolum reqvirit Imperator, ut Actor tentaverit Scholarem ad alium Judicem trahere & res ad conamen illud pervenerit; quod tentamen, ſive conamen ex ſolâ citatione ſatis colligitur. Ad 4. Ipſo Jure cauſâ cadere Actorem verius eſt; cum ſolum factum ejus, qui ad alium Judicem trahere Scholarem tentaverit, vel conatus fuerit puniatur: Cum tamen vel error aut juſta ignorantia Actoris vel alia cauſa intervenire potuerit, quæ eum à dolo excuſet ideò cauſæ cognitionem & ſententiam declaratoriam expectādam eſſe verius exiſtimamus. vid. *Hunn. d. c. 2. quæſt. 9. D. Richter d. diſp. 6. p. 149. & ſeqq.*

VIII.

Non itaq; ambigendum eſt, quin Magiſtratus Academicus in civilibus & qvidem perſonalibus Jurisdictionem unâ cum Imperio mixto habeat, in Profeſſores, quatenus ut ſinguli conſiderantur, in eorum famulos & miniſtros, in omnes immatriculatos; quam Jdictionem vel ipſe exercet, vel alteri delegare poteſt: Neque enim deneganda eſt ei poteſtas delegandi, cum Jurisdictionem ordinariam habeat, ut ſupra diximus th. 3. qualis omninò delegari poteſt *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt Jdict.* neque per hanc delegationem Scholaris ad alium Judicem trahitur, quod prohibetur aliàs in Authenticâ noſtrâ. Mandantis enim vel delegantis Jdictione utitur, qui mandatam vel delegatam Jdictionem habet *d. l. 1. §. fin. l. 3. ff. de offic. ejus cui mand. l. 16. ff. de Jdict. Hunn. d. loc. c. 2. quæſt. 7.* Nō tamen cauſæ cognitionem iis delegabit Magiſtratûs Academicus, unde detrimentum quoddam ſentiat aut metuat Scho-

laris. quo caſu etiam recuſandi Judicis poteſtatem habebit *ex l. apertiſsimi 16. C. de Judic.* In Criminalibus; Academiæ Jdictioni itidem ſubjecti ſunt Scholares, non tantùm quoad pœnam carceris, pecuniariam, relegationis, aut excluſionis irrogandam, verum, etiam, quoad aliàs pœnas, ipſum quoq; ultimum ſupplicium; ſi merum Imperiũ, quoad omnes gradus habeat Academia. In hac Univerſitate à Jurisdictione Academicâ excepti ſunt caſus criminales, vel qui criminaliter puniri poſſent, in fundatione Mauritii & Auguſti: cujus verba recenſuimus ſupra theſ. 3. Unde ſi talis caſus incidat, prima cognitio, detentis Areſto perſonis delinquentibus, eſt penes Academiam; quæ, ſi ex qualitate facti & circumſtantiis appareat, ad pœnam relegatione vel excluſione mulctâ vel carcere majorem deveniri non poſſe: ipſa inquirit porro, Acta transmittit & pœnam relegationis, aliamvè minorem dictatam executioni tradit: Si corporis afflictiva vel major immineat pœna; Quæſtori traduntur delinquentes, qui Nomine Sereniſſimi Judicium criminale exercet & Mandato ipſius ſententiam exequitur. Simile ex Statutis Acad. Jenenſis refert D. *Richter. d. diſp. 6. pag. 136. & ſeq.* Aſſerunt ſibi qvidem plures Academiæ Imperium merum. vid. *Matth. Steph. lib. 3. p. 2. c. 12. n. 116. Limn. de J. P. lib. 8. c. 9. n. 36. & ſeq. VVurmſ. Ex. J. P. 5. q. 10.* (qvi tamen cœteris Academiis, Wittebergenſẽ quoad hoc minus rectè accenſet,) qvod admittimus ſi probare poſſint, vel ex Concesceſſione generali omnimodæ & pleniſſimæ Jdictionis, vel ſpeciali privilegio, vel præſcriptione legitimâ ſe id acquiſiviſſe. An autem ex Authenticâ Habitâ merum Imperium omnibus Academiis conceſſum ſit, operosè diſquiritur. Partes Academiarum egregiè quidem agit, ac affirmativam tuetur *Matth. Steph. de Jdict. lib. 3. part. 2. c. 12. num. 98. n. 109. & ſeqq. Lim. de J. P. lib. 8. c. 9. n. 33. & ſeqq. Arum. vol. 2. diſc 33. th. 8. lit. h. Johann Jacobus* Friſch in Reſolutione hujus quæſtionis, quæ ſubjecta eſt diſſertationi *Chriſtoph. Beſoldi de Studioſ. Magiſtr.* Verùm ſi ipſi nobis non blandiri, & contra verba ac mentem Imperatoris in favorem ordinis noſtri aliquid ſtatuere velimus, negandũ utiq; illud erit: Dicit quidem Imperator, nolle ſe aliquâ in-

juriâ Scholares affici, cujus inferendæ metus maximus eſt in criminalibus; dediſſe ſe Jdictionem Domino aut Magiſtro Scholarium, vel Epiſcopo, Ergò latiſſimè, & ſic etiam in criminalibus; non debere litem Scholaribus ſuper aliqvo negotio moveri, quam coram dictis competentibus & privilegiatis Scholarium judicibus; quæ verba, *litis*, ſuper aliquo *negotio* motæ ad criminales cauſas æquè transferri poſſe videntur. Plura pro hâc opinione congeſſit *Matth. Stephan. & Johannes Jacobus Friſch dd. loc.* Verum enim vero certum & indubitatum in Jure eſt, merum Imperium non venire generali conceſſione Jdictionis, nec competere, niſi expreſsè & ſpecialiter â Lege, vel Principe, aut eo, qui poteſtatem hanc habet, datum fuerit, quod in hac Authenticâ factum non eſt, in quâ, nulla omninò Imperii meri, ſed ſaltem Jdictionis mentio fit, quâ generali appellatione merum Imperium non venire; apud omnes in confeſſo eſt, niſi omnimoda vel pleniſſima Jurisdictio conceſſa fuerit, ut ſupra diximus. Contrariis, quæ movimus antea, ſatisfieri facilimè poteſt. Non ſequitur, injuria noluit affici Imperator Scholares; Ergò ipſa Academia in criminalibus cognoſcet; nec id ſequitur, Jdictionem in eos dedit, Domino aut Magiſtro vel Epiſcopo, Ergo etiam in criminalibus; generalis autem illa acceptio, vocabuli *litis & negotii*, ad criminalia, in quibus alia vocabula, *criminis* nimirum *accuſationis, inqviſitionis &c.* uſurpantur, extendi non poteſt. Cætera Matth. Steph. argumenta ordine diluit *Hunn. ad hanc Authent. c. 2. quæſt. 1. add. Heig. p. 2. quæſt. XI. n. 7. & ſeqq. D. Richter d. diſp. 6. n. 125. & ſeqq. VVurmſ. d. Exerc. 5. quæſt. 10.*

*IX.*

In Matrimonialibus, & Eccleſiaſticis cauſis Academiæ nullam habent Jurisdictionem, ſed pertinent illæ ad Conſiſtoria Eccleſiaſtica, per quæ ex Theologis & JCtis conſtituta hodie Electores, Principes & Status Proteſtantes ſuſpensâ in ipſorum ditionibus per Pacem Religioſam de Anno 1555. Jdictione Eccleſiaſtica, eandem exercent:

De Cauſis ad Conſiſtorii cognitionem pertinentibus diſſer-

ſertè diſponit Ordinatio Eccleſiaſtica Electoris Auguſti, von beyden Conſiſtoriis zu Leipzig und Wittenberg/ tit. 7. 9. 10.

Conſiſtorium hoc Wittebergenſe (ut obiter hoc & quaſi per recenſionem Hiſtoricam ſubjiciamus) fundatum eſt ab Electore Johanne Friderico Anno 1542. & ab Electore Mauritio, cæterisq; ſucceſſoribus in hunc usq; diem conſervatum, & conſtat duobus Theologis & duobus JCtis: ut patet ex fundatione Johannis Friderici & Mauritii de Anno 1548. ut & Auguſti de anno 1555. ibi, Zu Unterhaltung des Conſiſtorii wird itzund gereicht und gegeben / wie folgt/ 100. fl. Laurentio Lindeman, 100. fl. Johanni Schneidewein. 80 fl. Georgio Majori. 80. fl. Georgio Cracovio. 80. fl. Notario, adde Ordinat. Eccleſ. Auguſti de Anno 1580. Von beyden Conſiſtoriis, tit. 1. Quondam in locũ unius Theologi, Philoſophiæ Profeſſorem duabus vicibus ad Inſtantiam Academiæ, aſſumptum fuiſſe; ex ſupplicato Conſiſtorialiũ de Anno 1586. comperio; qui & ibidem nominantur, nim. M. Petrus Vincentius, & M. Eſromus, è quibus ille, Vratislavienſis, Orat. Log. & phyſ. p. p. hic Eſromus Rudingerus Papeberg phyſ. p. p. circa ann. 1557. & 59. profeſſione functi. poſtea verò ad contradictionem Conſiſtorialium, ne ex duobus actibus Jus fieret, non obſtante Collegii philoſophici ulteriore petitione Aſſeſſura illis abrogata eſt peculiari mandato Electoratus Sax. tunc Adminiſtratoris, Friderici Wilhelmi ſub dat. Torgæ d. 30. Julii 1601. Weil wir es denn bey denen Anno 1542. 48 55. und 80. auffgerichteten Vorſehungen/ fundationen und Verordnungen/ daß nemblichen in den dreyen Conſiſtoriis zu Wittenberg/ Leipzig und Meiſſen/ ie zweene Theologi, und zweene Juriſten zu Aſſeſſorn angeſchafft werden ſollen/ beruhen und wenden/ unß auch den beſchehenen fürſchlag D. Ludwig Perſons halben gnädigſt gefallen laſſen; Ab eo tempore, & jam inde ab Anno 1590. & anterioribus ſoli Theologi & JCti Conſiſtorio interfuerunt quorum nomina ſubjungere placet.

❧(o)❧

Theo-

| Theologi. | JureConſulti. |
|---|---|
| D. Ægidiꝰ Hunnius, Marpurg. Anno 91. | D. Johannes Zangerus, Brunſvic. 1590. |
| D. Johan. Georg. Volckmarus, Lübenſteineñſis Variſc 9. 95. | D. Johannes Gödeman, Lunæburg. 1592. |
| D. Salomon Geſnerus, Boleslavienſis Sileſius 1602. | D. Thomas Frantzius, Magdeburgenſis 1593. |
| D. Georgius Mylius, Auguſtanus 1604. | Fridricus Drachſtedt 1595. |
| D. Leonhardus Hütterus, Ulmenſis. 1605. | D. Ludovicus Perſon, VVittebergenſ. 1601. |
| D. Fridericus Balduinus, Dreſdenſis. 1614. | D. Bartholomæus Reuſnerus, Uratislavia Sil. 1608. M. Januar. |
| D. VVolfgangus Frantzius, Plavenſis Voitlandus. 1616. | D. Lucas Beckman, Hamburg. 1608. M. Jun. |
| D. Balthaſar Meiſnerus, Dreſdenſis, 1624. | D. Conradus Carpzovius VVitteb. 1624. |
| D. Jacobus Martini, Halberſtad 1627. | D. Johannes Strauch, VVitteb. 1630. |
| D. Paulus Röberus, VVurzenſis Miſn. 1627. | D. Jeremias Reuſnerus, Leorinus Sil. 1639. |
| D. Abraham Calovius, Morungâ Boruſſ. 1650. | L. Cornelius Crull, Halberſt. 1640. |
| D. Andreas Kunadus, Döbelenſis Misnicus 1652. | D. Auguſtinus Strauch, Delitianus Miſn. 1641. |
| | D. Gottfriedt Suevus Leor. Sil. 1652. |

Antiquiorum Aſſeſſorum Nomina, præter quatuor illa, ex Fundat. ſuperius relata ordine hic tradere & eruere nondũ potui. Interim. non omninò negligendum, ab Anno 1590. hucusq; per annos 67. Theologos & JCtos pari fermè numero hâc Aſſeſſurâ functos eſſe. Cœterum Academiam Ius denominandi Aſſeſſores Conſiſtorii Eccleſiaſtici quondam habuiſſe, ex Fundatione Electoris Mauritii nõ obſcurè colligitur, ibi; Hierüber ſoll die Univerſität hinfürder daß Conſiſtorium mit Unſerm Vorwiſſen und Willen beſtellen / und geben

Jähr.

Jährlich zweyen Juriſten jedem einhundert gülden / zween Theologis / idem achzig gülden / und dem Notario Conſiſtorii achzig gülden / quales denominationes ab anno 1600. ab Academia factas & Mandata Confirmationum ad eandem emiſſa reperio usque ad ann. 1608. in confirmatione D. Barthol. Reuſneri Soceri mei & D. Beckmanni. Ab anno 1616. ad Aſſeſſores Conſiſtorii immediatè in hunc usque diem directa ſunt. Et ſic hodie præter Salaria, quæ Aſſeſſoribus & Notario ex Fiſco fundationis ſolvuntur, penes Academiam tale nihil reſidet, ſed ad notificationem Aſſeſſorum in locum vacantem ab Electore confirmantur.

## X.

Tandem ut è diverticulo hoc in viam & ad finem pergamus; de Iudice ipſius Univerſitatis. (Nam ſingulorum Profeſſorum Iudex eſt Rector & Senatus Academicus, ſupra th. 8.) ſive coram quo ipſa Academia, tanquam Corpus converi poſſit, diſpiciendum eſt. Coram Rectore & Senatu Academico, vel Deputatis ex corpore fieri nequit, ne in propriâ cauſâ Ius dicant *l. 10. ff. de Jdict. t. t. C. ut nemo in ſuâ cauſ.* Diſtingvũt qvidam, ſi ſoli Laici ſint in corpore Univerſitatis, coram Iudice Laico; ſi ſoli Clerici, coram Epiſcopo, ſi tàm Laici quã Clerici, coram Iudice illorum, qui majorem partem conſtituunt, Academiam conveniendam eſſe. *Sichard. ad hanc Authent. n. 23.* Aliter alii diſtingvunt; ſi de Statu & privilegiis Academiæ controvertatur, Imperatorem adeundum eſſe, utpote Largitorem & Interpretem privilegiorum *l. fin. C. de LL.* Si de Statu vel rebus Academiæ, Patronum vel Fundatorem eſſe Iudicem competentem, *Kubach, centur. 3. decur. 9. quæſt. 7.* Alii Cæſari ſimpliciter Idictionem tribuunt tanquam protectori, & per quem Academia eſt, quod eſt. *Pac. ad hanc Authent. c. 9. n. 20.* ubi tamen addit. ſi alius Protector, Cæſare inferior ſit, veluti Princeps, Academiæ Nutritor, eum adiri poſſe. Nos in genere, Fundatoris, Principis & Patroni Idictionem eſſe dicimus: Quanquam enim confirmare Academiam non potuerit, Confirmatam tamen Iure proprio poſſidet, dotibus

&

& acceſſionibus munificè auget, ſpecialia privilegia concedit, officia & Profeſſiones conſtituit. Statuta cuique Facultati præſcribit, Salaria conſervat, totamque Academiam, qvoad Statū, Privilegia & res ejus omnes cōſervat ac tuetur, ita ut neminē Academia reſpiciat, neminē adeat, niſi hunc Patronū, & Principē ſuū, qui dum hodiè Jura Epiſcopalia ſimul exercet in territorio ſuo, utique etiam Clerici Judex competens erit, ſi ad Jura Canonica rem exigere velis, quo tamen opus non eſt; Et quomodo non iuterpretari poterit Princeps privilegia Academiæ ab Imperatore conceſſa, qui dum nutu & arbitrio ſuo per tempus immemoriale gubernavit Academiam, certam utique interpretationem per tot annorum obſervantiam jam induxit, & prout Status tulerit, porrò inducere poterit. Illud hic quæſitum memini, An ſi Statuto aut privilegio cautum ſit, ne Academiâ, aliò quam ad audientiam Principis vocetur; an á Collegio Conſiliariorum, puta Aulico, aut alio ad cognitionem ſuper cauſis vel motis gravaminibus ſubeundam citari poſſit? quod affirmare nullus dubito, ſi factum id fuerit voluntate Prlncipis. Hujus enim propriam ſollicitare & poſtulare Audientiam Subditorum non eſt: ſed penes arbitrium ejus, cui cognitionem delegare velit. Et eſt Collegium Conſiliariorū ipſius Principis judicium, cujus nomine & autoritate cuncta deciduntur; Cœterùm an ipſe Princeps, an per Conſilium Jus dicat, nihil intereſt. *adde Kubach. centur. 3. decur. 9. quæſt. 7.* Et iſta hic de privilegio fori & Judicibus, ſicut & in præcedentibus, de aliis Scholarium, Profeſſorum & Studioſorum privilegiis, dicta ſufficiant. Ceſſant illa privilegia ſi



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0083-4

depoſitâ prorſus ordinaria Sparta, aliam quæſtuariam, mercantiam, aut negotiationē exerceant. (qvod tamen non de iis, qui ex ædibus, aliiſque patrimonialibus bonis fructum licitum quærunt, intelligendum eſt. *ob. l Medicos 6. C. de Profeſs. & Medic.*) ſi voluntatem & animum in Academia Studiorum cauſâ vivēdi, vel iis inſerviendi; aut, ſi abfuerunt, animum redeundi depoſuerint, quod tamen non præciſè ad quinquennium reſtringimus, ut volunt *Hillig. ad Donell. lib. 7. c. 20. lit. K. & alii ex l. 2. C. de primicer l. fin. C. de Advocat. diverſ. judicum l. 5. in fin. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. 3. C. de domeſt. & protect.* ita ut per tantum tempus abſens, deinde ad Academiam reverſus, novâ immatriculatione opus habeat, cum ſufficiat eum tunc quoque Studiorum, non aliud agèndi cauſa, commorari ibidem. vid. *Hunn ad hanc Authent. c. 3.* Et denique ſi flagitioſè vivant Scholares, relegentur, excludantur, adeoque Studioſorum privilegiis indignos ſe reddant.

Plura de modis amittendi privilegia Studioſorum *Horat. Lucius de privil. Stud. c. ult. Speckhan cent. 2. claſſ. 1. quæſt. 15. Limn. lib 8. c. 9. n. 72. D. Richter diſp 7. pag. 154. & 290.* ubi rectè addit p. 158. quod Studioſus ob crimen, non continuò Jdictioni Academicæ ſubtrahatur, & de Caſtritio Roſtochienſi præjudicium ſubjungit Facult. Jurid. in Academia Salana, adde qvę de eodem argumento prolixius tractat. Cothm. Reſp. 50.

MAN-

# MANTISSA.

DE uſuris ultra alterum tantum non ſolvendis, decantatiſſimum eſt Reſcriptum Imperat. *Anton. in l.* 10. *C. de uſur.* cujus mentem, ipſa verba L. optimè exponunt, *Vſuræ per tempora ſolutæ non proficiunt Reo ad dupli computationem. Tunc enim ultrà ſortis ſummam uſuræ non exiguntur, quoties tempore ſolutionis, ſumma uſurarum excedit eam computationem.* Patet hinc, & quidem ex priore deciſo: uſuras particularitèr ſolutas, etiam ultra alterum tantum peti poſſe: De poſteriori dubium nullum & conſentiens inter omnes opinio eſt, uſuras tempore ſolutionis ſortem adæquantes ad eandem usque ſummam tantùm deberi; neque tunc, ultra quid exigi, loco uſurarum; Priori deciſioni contraria eſt Novella Imperat. Juſtiniani 121. c. 2. quæ vult, particulares, etiam ſolutiones uſurarum diſſolvere debita ſi usque ad duplum pertingant. Per quam Novellam corrigi videtur. Imperatotis *Anton.* *Sanctio in d. l* 10. *C. de uſur.* Verùm, nunquam in obſervantiam veniſſe dictam Novell. conſtans plurimorum aſſertio eſt: cui & ratio ſat juſta

ad-

adminiculatur, quod creditor, hoc caſu eas non, ut uſuras petat, ſed tanquam id quod intereſt, in compenſationem moræ, ad Creditoris interpellationem â debitore commiſſæ. Pluribus rationibus & auctoritatibus adſtruximus hanc ſententiam, (Uſuras nimirum particulariter ſolutas, etiam ultra alterum tantum deberi; nec in ſortem imputandas, aut per condictionem indebiti, repetendas eſſe) in peculiari Reſponſo Juris, ad Mandatum Sereniſſimi Electoris Johannis Georgii I. Anno 1645. adornato.

Diſſentiunt JCti Lipſienſes.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0086-1

Gratioſo Spiritu Dirigente
# Ad Authenticam Habita
## Cod. Ne Fil. pro Patre.
### *PERICVLVM VII. & VLTIMVM.*
*PRAESIDE.*
## GOTTFRIDO SUEVO, D. & P. P.
*Reſpondente*
MICHAELE FRIDERICO LEDERERO Witt. Sax.

I.

IN Audit. JCtorum

DIſquiſitioni ſummariæ Privilegiorum, Scholaribus ex Authenticâ Noſtrâ competentium, affinem & maximè favorabilem, de Salariis Profeſſorum, & ſumptibus ſtudiorum materiam ſubjungimus, ſimulque toti Tractationi liberali colophonem imponimus. Salaria conſtituenda ſunt Profeſſoribus, tùm ad neceſſitatem, tùm ad honorem Spartæ ſuæ; ne pigeat eos vanæ ſterilisque Cathedræ ut loquitur Limnæus d. J.P. lib. 8. c. 3. n. 20. ubi poſteàquàm Veſpaſianum, Latinis Græcisquè Rhetoribus annua centena, hoc eſt, bis mille quingentos Philippæos, & Conſtantium Principem, Eumenio Rhetori & Doctori in Scholis Auguſtoduni Salarium, in ſexentis millibus nummum, hoc eſt quindecim millium Philippæorum conſtituiſſe refert ex Lipſio de Magnitud Rom. lib. 4. cap. 10. pag. 198. non inſcite ſubjungit, munificentiam hanc dudum, cum Romanis deſiiſſe, & hodiè plurimos Profeſſorum cogi naturam imitari, quæ paucis dicitur contenta, eosquè licet votum Paupertatis, quod Monachorum eſt, nunquam præſtiterint, eidem tamen æquè obſtrictos, quaſi communi ſub Regulâ degere. Et in fata concedentes, famam quandoq; ſibi, liberis verò & familiæ, famem ut plurimûm relinquere ita ut eorum hæreditas, ſine ullo corpore juris intellectum habeat.

O Huic

Huic Academiæ ab Electore Friderico III. Sapiente Fundatore, & ſucceſsoribus Johanne, Johanne Friderico, Mauritio, Auguſto, Chriſtiano I. Chriſtiano IIdo, Johanne Georgio I. de Salariis munificè proſpectum eſt, in Fundationibus, earumq; confirmationibus; Et in Specie de Salariis Profeſſorum Facultatis Juridicæ in Fundatione Johannis Friderici Electoris diſertè cautum eſt **und berührten vier** Legenten **der Rechten** (tot enim numero quondam erant! quibus poſtea quintus additus eſt) **welche unſere und unſerer Erben Räthe und uns und ihnen mit Rathspflichten verwand ſeyn ſollen/ ſol zu Jährlicher Beſoldung gegeben werden/ etc.** quanquam non immerito conqueramur cùm Limnæo d. c. 3. n. 86. mutato temporum feliciorum ſtatu, ad eam caritatem omnium rerum nos deveniſſe, ut etiam ea, quæ majora ſuperioribus annis fuerint viſa ſtipendia, nunc vix inter mediocria poſſint numerari, cum annonæ & victus humani expenſæ in triplum fermè excreverint. Quod ipſum Proteſtantes quoquè ad gravamina Catholicorum Anno 1594. monuerunt referente Syring. de Pace Relig. th. 38. lit. C.

II.

Cœterum Sapientiſſimè laudatiſsimi Electores Johannes Fridericus in Fundatione de Anno 1536. §. **Dazu wollen wir uns und unſern Erben** & El. Auguſtus in Fundatione de Anno 1555. ſibi reſervarunt poteſtatem Salaria augēdi vel minuendi, pro conditione qualitate & meritis Profeſſorum; ibidemq; ſaluberrimè cavit, ut numerus Profeſſorum & Conſiſtorialium ibidem expreſſus, unâ cum ipsâ fundatione conſervetur §. **Wir behalten aber uns und unſern Erben für** &c. Quod ipſum de augmento Salariorum egregiè præſtitit Auguſtus Elector acceſſione non unâ: interdum perſonali, interdum reali ad ipſam profeſsionem ordinata, tùm in pecunia, tùm in frumento; ut taceam, in quantum numerum Corpus ſtipendiatorum ſive Alumnorum Electoralium ipſius & Succeſſorum indulgentia excreverit, de quo vide, ſi lubet ea quæ in Academ. Witteb. ex Matriculis recenſui ſub anno 1563. & 1578. Neve Salaria Profeſſorum & Incorporatorum tardius aut cum periculo ſortis exigantur, idem laudatiſſimus Elector Auguſtus nō tantùm generalem, ac perpetuū Conſenſum indulſit, ſuper

annuis

annuis reditibus eorumq; ſorte in feudis & allodiis debitorum & prioritatem ante omnes alios Creditores, qui antiquiore Conſenſu & Jure non gaudent, Churfürſtliche Gunſt auff alle der Univerſität wiederkäuffliche Zinſen / ſub dato Dreſdæ d. 12. Jun. 1564. Verum etiam adverſus moroſos debitores, paratiſſimæ Executionis medium præſcripſit in Churfürſtl. Hülffbr eſſe de dat. Dreſdæ d. ult. Octobr. 1564. cujus vigore Nobiles, Quæſtores aliique Judices, ad Inſtantiam Academiæ poſt elapſum 14. dierum ſpatium, realem executionem in paratisſima debitorum bona uſque ad quantitatem annuorum redituum, ſive cenſium redimibilium unâ cum ſumptibus & expenſis decernere, aut ipſi cenſus illos de ſuo exſolvere jubentur pœnâ inſuper Electori reſervatâ Dignisſimâ omninò lectu ſunt ipſius privilegii verba, quæ apponere placuit. Weil wir uns denn aus obliegenden hohen Fürſtlichen Ampt ſchüldig erkennen die hohen Schulen und Kirchen / darauß Gottes Ehre / alle gute Künſte und Tugenden entſpringen / bey ihrem verordnetem Einkommen / Renten und Zinſen gnädiglich zu erhalten / zu ſchützen und zu befördern / So iſt demnach an einen jeden unſer obgenandten Befehlhaber Oberhäupt- und Amptleuten / Vorwaltern / Schöſſern / Voigten / Bürgermeiſtern / Richtern und Räthen der Städte unnd Gemeinden / unnd ſonſten allen andern unſern Unterthanen und Verwandten unſer gnedig Begehren und ernſter Befelch / wenn ihr von gedachter / unſer Univerſität zu Wittengerg wieder jemand unter unſern euch befohlenen Häuptmanſchafften / Kreiſſen / Ampten / Gerichten unnd Gebieten geſeſſen / es ſey gleich ein Schrifft oder Amptſaß / einer von Adel oder Bürgerſchafft / der ſeine ſchüldige Zinſe und Gebühr der Univerſität zu rechter Zeit nicht erlegt hatt / und auch alsbald nicht entrichten wil / klagweiß und ümb Hülff erſucht werdet / Ihr wollet dem oder denſelben Krafft dieſes Unſers offenen Befelichs / welcher für und für in ſeinen Würden bleiben ſoll / von Unſert-wegen ernſtlich aufflegen und gebieten / der Univerſität innerhalb vierzehen Tagen / die nechſten nach ſolcher Ankündigunge danckbarlich zu vergnügen / und zu bezahlen / mit angeheffter Verwarnung / wo ſolches nicht geſchehen / und die Univerſität ferner bey Euch anſuchen würde / daß ihr alsdenn nach verflieſſung der vierzehen Tage der Univerſität die würckliche Hüffe in alle ihre bereiteſte

Haab und Güter ſo hoch ſich die betagten Zinß und alle darauff gelauffene intereſſe und Unkoſten erſtrecken würden/ zu thun / von uns ernſtlichen Befehlichet / welches ihr auch alsdenn auff denſelben Fall ungeachtet einiger Fürwendung / Entſchuldigung oder Befehls ſtrack und unnachläſſig ergehen laſſen wollet/ darüber dann ein jeder von Uns wieder männiglich Geſchützt und gehandhabt werden ſoll. Würden wir aber in Erfahrung kommen/ daß einer der univerſität zu Wittenberg ſolche gebührliche und billiche Hülff/ dieſen unſern Befehlich zu wieder weigern / abſchlagen oder ſonſt verdächtiger weiß verziehen wolte/ derſelbige ſoll der Univerſität die außſtehende Zinſe ſelbſt erlegen/ und darüber unſer ernſten unnachläſſigen Straff und Ungnade gewertig ſeyn. Idem Privilegium conſenſus generalis & Executorialium renovatum & confirmatum eſt à Succeſſoribus Electoralibus Chriſtiano I. Anno 1586. d. 1. Novembr. Chriſtiano II. Anno 1603. d. 3. Januar. Iohanne Georgio I. Anno 1612. d. 1. May. iterum Anno 1652. quo ipſo Anno laudatiſſimus Elector, ad minuendam, reſiduorum ſalariorum ingentem molem, quindecim millia talerorum ex Feudis primò vacaturis, ipſique ut Domino apertis; quinq; millia talerorum ex reliquis cenſuum in Corpore Stipendiorum totidemq; mulctarum millia ex Sententiis Judicii Provincialis Witteb. Profeſſoribus applicari clementiſſimè juſſit. Quorum aliorumque privilegiorum ac Indultorum, à glorioſiſſimis Anteceſſoribus in Academiam hanc collatorum, confirmationem & augmenta ſpem clementiſſimè fecit, Sereniſſimus Princeps Elector Johannes Georgius Secundus, Pietatis ac munificentiæ Paternæ, Virtutumque cæterarum Heroicarum Hæres, ac Poſſeſſor, Sacrique Romani Imperii, per loca Juris Saxonici hodiè Vicarius, Dominus noſter clementiſſimus: qui ut Felicitatem, glorioſiſſimi Patris; Pietate, Religione, Juſtitia, ſobole, Regimine, Victoriis, longævitate æquet aut ſuperet, hac, publicâ quaſi tabellâ devotiſſimè precamur.

III.

Porrò ſicut in aliis quoad Privilegia & immunitates viduis & liberis jura ſuccurrunt, uti ſupra dictum eſt, ita circa ſalaria iisdem proſpicere voluerunt beatiſſimi Fundatores, imprimis Elector Auguſtus in Fundatione de Anno 1569. quod nim. poſt obitum

tum

tum Profeſſorum & Membrorum incorporatorum, eorum viduæ
& liberi , ſalaria per dimidium annum accipere debeant , ibi,
Daß nach tödlichem Abgang der Profeſſoren und Incorporirten
Gliedmaſſen / derſelben Weib und Kinder die Beſoldung auff ein
halb Jahr haben ſollen. Quod & in Academia hac ita ſemper ob-
ſervatur , ut ſi quis in Termino trimeſtris ſpatii, Luciæ, Reminiſce-
re, Trinitatis aut Crucis, ſaltem poſt inchoatum illum obierit di-
em ; viduæ & liberis, non duorum tantùm, ſed trium terminorum
ſalariũ debeatur. Paſtorum & Miniſtrorũ Eccleſiæ viduis & liberis,
pari humanitatis & æquitatis ratione ad eorũ ſuſtentationẽ dimi-
dii anni ſalarium das halbe Gnadenjahr concesſum eſt, ita ut poſt
mortẽ Mariti & Patris per dimidium annũ in ædibus ab ipſis antea
inhabitatis commorari & anni dimidii ſalarium accipere posſint.
Ordinat. Eccleſ. Electoris Auguſti de Anno 1580. tit. Von Immuni-
teten und Freyheiten der Kirchendiener fol. 108. § und zu fernerer
Gnade / quod dimidium ſalarii non tantùm de pecunia numeratâ,
ſed etiam de frumento, decimis, fructibus ; adeoque de omnibus
omninò reditibus intelligendum eſt, omnia enim hæc ad ſalarium
pertinẽt & ſignanter D. Auguſtus utitur vocabulo, der halbe Theil
ſeiner Jahr-Beſoldung. Computatio autem Salarii hujus Seme-
ſtris inſtituitur ad eundem modum, quem in viduis profeſſorum
obſervari antea diximus, Quod cum evidenter ſatis expoſuerint
Antecesſores Conſiſtorii Ecleſiaſt. Wittebergenſis Anno 1626. in
cauſa Jonæ Alberti, Pfarrers zu Zweta Wittben und Jacob Mül-
lers Pfarrers daſelbſt / placet ipſa verba Recesſus ſubjicere / So viel
fürs andere dieſer Pfarr Einkommen betrifft / weil der verſtorbene
Pfarrer am 25 Jannarij dieſes 1626. Jahres und alſo im Quartal
Reminiſcere todes verfahren / ſo wird daſſelbe vor verdienet nicht
unbillich gehalten / und beyde nachfolgende Quartal Trinitatis und
Crucis für das halbe Gnaden Jahr gerechnet Soll demnach von
Luciæ 1625. biß Luciæ 1626. des gantzen Jahres Einkommen (weil
zwiſchen der Zeit alles und jedes der Pfarr einkommen an Früchten
auff dem Felde / und in Gärten Getreidich im Sacke / wieſe wachs /
zehenden / Opfergeld / Brodt und anders / wie daſſelbe Nahmen ha-
ben mag und auff ein Jahr fällig wird zuſamen geſchlagen / und ſol-
ches in vier Theil ab und eingethellet / hiervon der Witwen und Kin-

dern ein Theil an ſtatt des Quartals Reminiſcere, als von ihrem Ehemanne und Vatter verdienet/ zwey Theil an ſtadt des halben Gnaden Jahres und alſo drey Theil zuſammen gefolget/ der vierdte Theil aber dem Succeſſori / jedoch gegen Erſtattung pro rata des Saam-Getreidichs/ Acker/ Pflüger/ Meyerlohn und anderer Unkoſten / ſo darauff nothwendig gewendet werden müſſen / auff Richter unnd Schöppen ermesſigung gelaſſen werden

IV.

Circa ſalaria Scabinorum Wittebergenſium diſpoſuit Elector Auguſtus in eâdem Fundatione de Anno 69. ut defunctorum viduæ & liberi totius anni reditus accipiant: quod & in Scabinatu & Facultate Noſtra ſemper obſervatur, ita facta computatione, ut præter Menſem in quo finiit Aſſeſſor integri 12. Menſes, viduæ liberisque cedant. Verba autem prælaudatæ fundationis hæc ſunt: Do aber eine Perſohn im Schöppenſtuel mit Tode abgienge/ unnd Weib und Kinder nach ſich verlieſſe/ ſo ſoll demſelben das Einkommen aus dem Scheppenſtuel zu gebührendem ſeinem Antheil ein gantzes Jahr lang/ wie es bißhero denn alſo gehalten/ vollkömlich folgen. De ipſa Conſtitutione Scabinatus in Fundatione Johannis Friderici Electoris iſta habentur, quod Profeſſores Juris. Iidemque Aſſeſſores Curiæ Electoralis Wittebergenſis Facultatem habere debeant pronunciandi vel reſpondendi in cauſis civilibus & criminalibus hiſce verbis: Und dieweil unſer lieber Herr und Vatter ſeliger eine Verordnung gemacht / daß alle Rechtsbefragung unnd belernungen / ſo ſich in unſern Fürſtenthumen begeben an die Doctores deß Hoffgerichts zu Wittenberg beſchehen und gelangen/ mügen / ſo ſollen ſie alle vier zu angezeigten Rechtsbelernungen in Bürgerlichen und Peinlichen Sachen zu ſprechen gezogen und gebraucht werden/ und ihr jeder der Zugänge zu gleichem Antheil davon zu gewartem haben.

In Matriculâ Academiæ hujus ſub Anno 1597. Rectore Antonio Evonymo Ethices & Dialectices Profeſſore; de Scabinatu iſta notata reperiuntur. *Sub hoc Rectoratu, Scabinatus locus Autoritate Principis in* Collegium Juridicum, ex ædibus privatis Friderici Drachſtetii Protonotarii translatus eſt. Et quoties in Conſtitutionibus D. Electotis Auguſti fit mentio Scabinatuum E-

lecto-

lectoralium? his verbis Vnd nach dieſer unſer Conſtitution unnd Erklerung ſol in den Schöppenſtühlen und Gerichten Vnſerer Lande hinführo geſprochen erkandt und geurtheilet werden / p. 1. Conſt. 7. Item / in welchem Falle unſere Hoffgerichte / Faculteten und Schöppenſtühle darauff ſprechen und erkennen ſollen / p. 1. Conſt. 8. Item, darnach ſich unſere Hoffgerichte / Juriſten Faculteten und Schöppenſtüle / in Vrtheiln richten und halten ſollen. p. 1. Conſt. 24. adde Conſtit. 12. 16. 17. 19. 23. 25. 31. 35. 40. 43. 44. 45. 47. parr. 2. Similia plura ex part. 3. & 4. Conſtit. Elect. Aug. reperiri poſſunt. Ita Sereniſſimus Elector modernus Johannes Georgius II. Dominus noſter clemētiſſimꝰ in reſcripto nuperrimo hoc anno 1657. d. 3. Ap. emiſſo, de referendis opinionibus, aut, ut loquimur, informatis, vel Reſponſis in Dicaſteriis Electoralibus interdū diſſentientibus diſertè mentionem facit, Facultatum & Scabinatuum ibi: Wie bey unſern Facultaten, Conſiſtorien / und Schöppenſtühlen / etc. wiedereinander geſprochen worden, Addi his poſſunt, quæ de Curia Provinciali & Scabinatu Wittebergenſi refert Johannes Zangerus D. & Facult. Jurid. Ordinarius in Oratione Seculari hujus Academiæ Anno 1602. his verbis: Fridericus Tertius de uberiore Juridicæ praxeos materia docentibus & diſcentibus proſpecturus, Curiæ provincialis judicium Wittebergam transferebat, Profeſſoribus Juris in Aſſeſſorum numerum cooptatis, poteſtate item auſcultandi ſententiarum dictarum publicationem diſcentibus permiſſa. Succeſſor Friderici, Johannes Elector, Conſtans nominatus, non tantùm huic fratris ſui voluntati ſubſcripſit, ſed anno Chriſti ſupra ſeſquimilleſimum viceſimo nono, die Martis poſt Luciæ, accedente Conſilio & Comprobatione omnium totius Electoratus Saxonici Ordinum, huic Provinciali judicio Johannem Metzſch Præſidem dedit, eique undecim Aſſeſſores adjunxit, Gregorium Bruck, Chriſtoph Groſſ. Benedictum Pauli, Fridericum Brandt, Johannem Appel, Matthæum Loſer, D. Caſparum à Teutleben, Johannem à Kaniz, Ertmannum Preuſ, Bernhardum à Hirſchfeld & Guntherum â Droſſel, & ut ipſe Doctores & Licentiatos magis magisquè accueret, eidem Scabinatum addidit & conjunxit, ſimulq́; ſanxit, ut non tantùm in Curia, quod ſingulis annis quater contigit, cum Equitibus auratis, ſed etiam in Scabi-

natu

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0093-3

natu in quibusvis cauſis controverſis ſive civilibus, ſive criminalibus, ad requiſitionem tùm Judicum ordinariorum, aut delegatorum, tùm litigantium, aut aliorum quorumvis de jure reſponderent. Quibus probè ponderatis, mirum non immeritò videri poterat, cur, vel Scabinatus in Academia Wittebergenſi à quibuſdam vel prorſus negari, vel poteſtas pronunciandi in Criminalibus eidem Scabinatui denegari, & Scabinatui Lipſienſi, quoad ditiones Electorales, tanquam peculiaris & propriâ tranſcribi poſſit! De quo alibi forte plura.

V.

Hic enim ad ſalaria revertimur. Et cum, laudatisſimus Elector Auguſtus in Conceſſione dimidii vel totius anni ſalarii poſt mortem Profeſſorum, Incorporatorum & Scabinorum Wittebergenſium, tantùm viduarum & liberorum faciat mentioné in verbis allegatis th. 3. & 4. rectè indè concluditur; illis tantùm deberi dimidii vel totius anni ſalarium; iiſque non extantibus, ad alios aſcendentes & collaterales, ab inteſtato in cœteris ſucceſſuros aut ad hederes teſtamentarios non pertinere. Aſcendentes enim & collaterales, appellatione liberorum non veniũt, neq; illorum, ſed horum tantùm, ob ſolatium & commiſerationem indultum eſt id beneficium. *Finckelthuſ. de Jure Patronat. c. 6. n. 110. & ſeq. adde Dedekenn. vol. 1. p. 2. membr. 4. Sect. 2. ſub. num. 16 pag. 898. in pr.* Heredibus verò Teſtamentariis multò minus applicari poterit ſalarium illud ſemeſtre, tùm quod Sereniſsimus Conſtituens nullam omninò eorum, ſed viduarum tantùm & liberorum habuerit rationem, tùm quod Teſtator, de re alienâ, viduæ nimirum ac liberis competente; adeoque inutiliter teſtatus fuerit. *D. Carpzov. Iprud. Conſiſtor. lib. 1. tit. 12 Reſp. 228.* Porrò de vidua & liberis quæ dicta ſunt circa ſalarium, locum habent etiam in viduâ portionem ſtatutariam, aut dotem & illata repetente; in liberis primi gradus & in nepotibus, in liberis tàm primi, quam ſecundi matrimonii, in filiabus jam dotatis aut elocatis, ut & filiis propriam rem familiarem habentibus, in liberis, ſive heredes patri extiterint, ſive hereditati paternæ renunciaverint, de quibus omnibus Vid. *Finckelthuſ. de jure patronat. c. 6. n. 94. & ſeqq. D. Carpzov. Iprud. Conſiſtor. lib. 1. tit. 12. defin. 209. & ſeqq:*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-637699-p0094-9

